Excellentiſſimus eſt hic ſpiritus ad omnes morbos ab obſtructionib' humorumq; corrumptione pendentes, ut ſunt febres malignæ, Epilepſia, Paralyſis, peſtis, variolæ, humores per diaphoreſim vel per urinas expellit.

Doſis eſt à guttis ſex ad xx. ex cyatho aquæ Meliſſæ vel cardui benedicti.

## Spiritus ſalis Amoniaci. *P. A. R.*

℞. *Sal. Armon.* ℔j. Cum ſufficiente quantitate *lixivii fortis tepidi* v.g. ℔. jv. in arena, lento igne, fiat ex cucurbita deſtillatio, in Spiritum, qui cum ſale volatili, alembico & recipienti adhærente mixtus, ſervetur.

In obſtructionibus aperiendis, affectibus ſoporoſis, uterinis, multisque aliis ſalutarem præſtat opem. *Vid. corp. ph. p. 406. b.*

## Spiritus Salis Amoniaci Salſus *Zvvelfferi.*

℞. *Sal. Armen. puri* ℔j. *Sal. Tartari* tantundem. Mixta confeſtim immittantur retortæ proboſcidem largam habenti & præpoſito recipiente deſtillentur per ⁂. nam leniter, igne ultimo pauliſper aucto, & transibit Spiritus una cum ſale volatili, odore, ſapore & ſubſtantia ad inſtar Spir. & Sal. ⊡æ volatilis. Refrigeratis omnibus *Sal. & Spirit.* ab invicem ſeparandi, aut addito aliquo liquore ſal volatile ſolvendum, & liquore tenus ad inſtar Spir. aſſervandum eſt, vel totum quod deſtillando tranſit per phialam oblongam in ſal volatile ſublimetur, & in forma ſicca cuſtodiatur.

Præſtans remedium utrumque eſt, ſive ſal ſiccum, ſive ſpiritum liquidum adeptus ſis, à putredine præſervat, fermenta acida omnia extinguit, hyſtericis paſſionibus, Epilepticis, Apoplecticis & ſuffocationi matricis medetur, quandoque ſolo odore penetrabili, ac ſumma volatilitate præſtans exiſtit. Et cum putredinem ſumoperè abarceat, peſtis verò venenum ſit putredinale, quis ſpiritum hunc vel etiam ipſum ſal volatile in hoc diro morbo, nulli hominum generi parcenti, ab uſu quotidiano proſcribere audeat, uti & Spiritum urinæ, qui ſponte ſuâ ſublimatur, nareſque ferit. *Vide corp. ph. p. 406. b.*

Spiri-

### Spiritus Salis Arm. Vol. prout eum *tradit Schræderus.*

℞. ✱. p. i. *ciner.* p. IV. M. atque deſtilla ex arena per alembic. ſic prodit ſp. ✱ quem rectifica è cucurbita altiori. Non ſolùm cum cineribus, ſed & cum *lapide hæmatite, limat. ferri, minio, cineribus clavellatis, Sal.* ♀i, &c. miſceri poteſt, aqua imprægnatum, deſtillatione ſtatim mixturam inſequente; Primò Spiritum ✱ ſalſum ⊡oſum volatilem & ex cap. mort. ſal fixum in omnibus obſtructionibus non ſatis deprædicandum inprimis in quartana acquiris. *Vide corp. ph. p.* 406. *b.*

### Spiritus ſalis Ammoniaci Aniſatus *P. A. R.*

℞. *Sem. Aniſi* ℥iij. *Cinerum clavellatorum in aqua fontana* ſolutorum ana ℔. j. Miſce & poſt aliquam digeſtionem, additis *Salis Ammoniaci itidem, in aqua fontana ſoluti* ℥vj. Lento igne in arena ♌tum deſtillando prolice.

Uſus ejus in pectoris affectibus demulcendis & flatibus diſcutiendis apud nos celebratur. *Vid. corp. ph. p.* 408. *b.*

### Spiritus ſalis Ammoniaci ſuccinatus *P. A. R.*

℞. *Succini flavi* ſubtiliſſimè contuſi ℥j. *Spiritus Salis Ammoniaci* ℥vj. Poſt aliquot dierum digeſtionem leni igne abſtrahatur ſpiritus.

In capitis, & uteri morbis, quibus ſuccincta medicamenta conveniunt, egregiè prodeſt. *Vide corp. ph. p.* 408. *b*

### Spiritus Salis Communis *P. A. R.*

℞. *Salis communis depurati* & in tenuiſſimum pulverem reducti, ℔ij. *Terræ figulinæ* ℔vj. Miſceantur exactè, & cum aqua globuli exinde formentur (quamvis etiam ſola mixtura ſufficere poſſit) qui exiccaſi retortæ luto obductæ indantur, tertiam ejus

partem vacuam relinquendo; poſtea igne gradatim adhibito in vas recipiens amplum deſtillatio inſtituatur, quousque nulli amplius ſpiritus, ſub nebularum forma comparentes egrediantur. Liquor deſtillatus per retortam in arena à ſuperfluo phlegmate rectificetur.

Omni putredine reſiſtit, hepatis & lienis obſtructionibus prodeſt, renes & veſicam expurgat, hydropicis inprimis ſingulare remedium præbet. *Vide corp. ph. p. 414. b.*

## Spiritus Nitri dulcis *Lemery.*

℞. *Spiritus nitri optimi* ℥viij. & *Spiritus vini* probè de Phlegmati totidem amplo matracio inde, quod impones paleæ orbiculatim ſtratæ ſub camino calefiet liquor etiam igne non adhibito & poſt ſemi horam vel horam fortiter ebulliat; cave à vaporibus rubris, qui per matracii collum copioſè egredientur, ebullitione peractâ reperies in fundo liquorem limpidum; ſed media ſui parte minorem factum. Effunde hunc in phialam ac ſerva; *dicitur Spiritus nitri dulcis.*

Valet ad colicam flatuoſam & nephriticum dolorem ad effectus hyſtericos, & ad omnes obſtructiones; Exhibetur à guttis 4. ad 8. ex juſculo alioque convenienti liquore. *Vid. corp. ph. p. 425. b.*

## Spiritus Nitri Bezoardicus *ex Schræd.*

*Eſt* 🜂 *Sal. nit.* in præparatione Bezoardici mineralis butyro affuſus, ac iterum deſtillatione in arena abſtractus. *Vide corp. ph. p. 428. b.*

## Spiritus ardens Saturni *Lemery.*

Reple ⊖*le* ♄*ni* duas tertias partes retortæ figulinæ, vel vitreæ lutatæ; Colloca hanc in fornace. igne lento adhibito, tùm ut caleſcat lentè retorta, tùm ut egre-
diatur

diatur aqua phlegmatica; continua hunc ignis gradum, donec guttæ cadentes ſaporem aliquem præ ſe ferræ viſæ fuerint, adapta tunc amplum excipulum, lutentur accuratè commiſſuræ. & gradatim augeatur ignis, exibit Spiritus, qui excipiens nubeculis replebit. Cùm nihil ampliùs extillabit, refrigerari permittentur vaſa eorumq; luto remoto materiam in excipulo contentam effunde in Alembicum vitreum eamque rectifica deſtillando igne arenæ lentiſſimo, mediam circiter liquoris partem, eaque vocatur ∽*tus ardens* ♄*ni*, ad inſtar Sp. Vini inflammabilis ſaporisque acerbi.

Optimus eſt hic ∽tus ac utiliſſimus ad humorum putrefactionem arcendam, exhibetur etiam melancholia hypochondriacâ laborantibus à guttis 8. ad 16. ex juſculo aliove liquore convenienti, idque mane per quindecim dies. Altera pars liquoris in alembico reſidua, dicitur (ſed impropriè) 🝆 ♄ni, utile eſt ad equorum oculos abſtergendos. Si eximas materiam nigricantem in retorta reſiduam eamque indas in crucibulum inter carbones ardentes, ea in plumbum redibit. *Vid. Corp. ph. p. 394. b.*

## Spiritus Saturni ardens *ex Schrœdero.*

℞, *Sacchar. Saturni* (vel potius ⁂ ♄ni, per deliq. deſtilla per retortam vitream lutatam in excipul. capaciſſ. juncturis bene clauſis, △ gradatim adhibito, donec rubræ guttæ cadant, nihilque amplius extillet. N. deſtillatus hic liquor quatuor diverſa menſtrua exhibere aptus eſt; Spiritum ſcil. ardentem, 🝆 flavum, phlegma, & 🝆 rubrum, quorum ſeparatio fit per retortam vitream in MB. vel cinere, receptaculis ſcil. pro diverſitate liquoris extillantis, mutatis. Cognoſcitur autem diverſitas liquoris, Spir. ardens pro-

dit ſine ullis venulis in collo retortæ apparentibus, 🜕 flavum cum venulis obliquis, ceu vinum ardens: phlegma cum venulis rectis: relinquitur 🜕 rubicundum in fundo; phlegma ſeparatur ab 🜕, flavo, ſeorſimque ſuſcipiendum eſt. Vires: Spir. ſudorificus eſt, hinc prodeſt in peſte, Melancholia, Hypoch. febribus ardentibus, Lue venerea, & ſimilibus. Doſis gutt. 2. 3. &c. N. 1. Venereum appetitum infringit. N. 2. 🜕 flavum ♂. aliquot digeſtum rubeſcit. N. 3. Cum Spir. & phlegmate ſolvuntur & præcipitantur perlæ ad tincturam inde conficiendam; Cum 🜕 flaveſcente fit ſolutio ☉ vide de ☉. Ol. rubicundum mundificat, ac ſanat vulnera, ſi illinatur. Cap. mort. mundificat itidem vulnera. *Vide corp. ph. p. 396. b.*

## Spiritus Succini cum oleo & ſale volatili *juxta Lemery*.

Retortæ fictilis ex glarea vel vitreæ lutatæ duas tertias partes *ſuccino groſſè trito* reple; ſuperpone hanc retortam 2. repagulis ferreis fornaci impoſitis; ei amplum adapta excipulum, commiſſurisque accuratè luto agglutinatis, lentum ſuccende ignem ut incaleſcat retorta, egredieturque phlegma: hunc poſtea pedetentim auge, egredientur ∼ & oleum: quousq; nil amplius ſtillet ignem continua, vaſa tunc refrigerari permitte, poſtea lutum exime: recipienti aquæ libram unam circiter affunde, eoque probè agitato, ut ſolvatur paucum ſal volatile, quod ſæpè recipientis parietibus adhæret; in vitreum alembicum liquorem conjicito; ei excipulum adapto, probeque luto agglutinatis commiſſuris, ignem lentum ſubtus accendito calefaciendi vaſis gratiâ, hinc paululum augeto, egredientur aqua & ſpiritus paucumque Ol. album ſecum deferent: quousque nihil amplius aſcen-

aſcendat, remaneatque in cucurbitæ fundo Ol. craſſum,nec tamen ebulliat,ignem continua, ſepara Ol. album quod ſpiritui & phlegmati ſupernatabit,idq; in phiala probè obturata ſerva.

Exhibetur in affectu hyſterico, Paralyſi, Apoplexia & Epilepſia, à gutta una ad 4. ex liquore convenienti. Permiſceri poteſt pauco ovi vitello, ut facilius in aqua vel juſculo ſolvatur. Aquæ confuſus 🜍 remanet, ut ſeparentur, effundenda eſt hæc mixtura in catinum terreum vel vitreum & evaporandæ ſunt lentiſſimo igne duæ tertiæ humiditatis partes, quod ſupererit 🜍 ſuccini,quem in probè obturata phiala ſervabis.

Excellentiſſimum præbet aperiens exhibetur in Iſchuria, colli veſicæ ulceribus & ſcorbute à 10. guttis ad 24. ex liquore convenienti. Ol. nigrum, quod in cucurbita remanſit,ſeorſim ſervari poteſt, ad uſum exterum, eo inunguntur nares,& carpi mulierum in hyſtericis morbis. *Vid.corp.ph.p.409.b*

## Spiritus Sulfuris *Lemery.*

Amplum ex glarea fictile habeto,in quo collocabis exiguum catinum ex eodem terra conflactum, huicque ſuperpones alium *fuſo Sulfure repletum catinum*, 2. hos catinos in magno include infundibulo vitreo ad hanc rem dedita opera parato, collum habente matracii collum magnitudine æquans,pollicis craſſitie; Sulfur accende minimeque infundibuli foramen obturato,ut ſemp. fruatur aëre, aliàs enim extingueretur,ſulfure hoc conſumto,aliud indito,ſicque perge, donec in univerſo catino ſufficientem Spiritus copiam reperias quam in phiala probè obturatâ ſerva.

Additur is julepis ad gratam usque aciditatem febrium continuarum ardoris temperandi gratiâ, uſurpatur etiam in pulmonis effectibus. *Vid.corp.ph.p.453.b.*

## Spiritus Sulfuris Campanarius facilimus *S. Cloſſæi ex Schrædero.*

℞. *Sulfur. viridis vel alterius pulveriſ.* ℥iv. *Spiritus Sal. nit.* vel *Spiritus ex Sal. comm. & vitriol. compoſiti* ad ſupereminentiam 4. digitorum transverſorum, deſtill. ex retort. in ciner. ſubtus & ſupra poſitis ad ultimam usque guttulam. Cohobetur 6. aut 7. ( quò plus eò meliùs,) Reperies in retort. ultra ℥ij. Spiritus ejusdem amaroris, facultatisque cum campanario, Spir. nitrarii viribus haud imminutus. N. Etſi ad ſiccitatem videatur ſecretum fuiſſe menſtruum, nihilominus ſulfuri inhæret ſal cauſticum, quod dio expoſitum in Spiritum Sulfuris reſolvitur, novo quotidie ſuccreſcente, nec à campanario ullatenus differente. *Vide corp. ph. p.455.b.*

## Spiritus theriacalis *Minſichti.*

℞. *Ther. ven.* ℥iv. *rad. angel. enul. camp. hirund. dict. alb. mors diab. ſerpent. pimp. torment. valer. zedoar. ſem. citri* ana ℥j. F. Pulvis cui aff. ſp. vin. ℔. viij. dig. p. 14. d. poſtea in MB. deſt. *Vide corp. ph p.393.b.*

## Spiritus theriacalis camphoratus *P. A. R.*

℞. *Sp. vin. rectif.* ℥x. *ther. Andr. vet.* ℥v. *myrrh. rub.* ℥iiß. *croc. auſtr.* ℥ß. per dies 8. diger. f. in MB. deſt. impon. roſtro alemb. camph. ʒij. *Vid. corp. ph. p.394. b.*

## Spiritus vini aromaticus *Minſichti.*

℞. *Conf. alkerm.* ℥j. *rad. in flor. roſ. rub.* ana ℥ß. *caſſ. lign. cort. citri lign. al. caryoph.* ana ʒij. *cardam. min. nuc. m. cubeb. maciſ. zed.* ana ʒj. m. inf. in *ſpir. vin.* ℔. vj. p. 8. d. aliq. in die mov. poſtea per alemb. deſt. & *ſacch. cand. alb.* edulc. *Vid. corp. ph. p.383. b.*

## Spiritus vini junip. *Minſichti.*

℞. *Sp. vin. junip.* ℔ij. *ſacch. cand.* contuſ. ℔ß. m. in vaſe commodo *ſpiritus* accendatur *filic. ſulph.* ſimul in

corp. flammansque liquor ſubinde agitetur ſpatula. donec ſacch. ſit ſolut. coletur & appende in nodulo *croc. or.* ℈ij. *Vide corp. ph. p.* 389. *b.*

## Spiritus Tartari ſimplex *P. A. R.*

℞. *Tartari albi puri & craſsè confracti* quantum libuerit, immitte in retortam vitream, tertiam ejus partem vacuam relinquendo, eique in arenam collocatæ recipientem ſatis capacem adapta, & bene luta, dato primùm igne per gradus, dein paulatim intendendo, usque dum Spiritus nebularum formâ cum oleo egreſſi fuerint, quæ ab invicem ſeparari per filtrum priùs aquâ humefactum, & ſuper cineres rectificari debent.

Virium ratione eſt medicamenum diaphoreticum, vel egregium aperiens, unde in menſtruis retentis, Paralyſi, Ictero, Pleuritide, hydrope, mira præſtat. *Vide corp. ph. p.* 408. *b.*

## Spiritus Tartari compoſitus *P. A. R.*

℞. ⊖*is* ⊊*ri* ℥xvj. ⌒⊊*ri ſimplicis* an. ℔ij. Miſceantur & deſtillentur lento igne in arena. Ejusdem cum antecedenti eſt virtutis, potentius tamen operatur. Si cui placeat etiam *per ſolam Spiritus Tartari & Spiritus* ⊖*is ammoniaci* proportione debita factam commixtionem, poſſet parari.

## Spiritus Terræ ſigillatæ ſimplex *ex Schrœd.*

℞. *Terræ Sileſiacæ flavæ* (optima eſt quæ duobus monticulis inſignitur) ℔j. frange in particulas duas, ac deſtilla per retortam igne nudo, hor. 6. vel plures, (ad ♂ integrum) in receptaculum capax. Primùm extillat phlegma, deinde Spiritus albicantes in parva quidem copia, ſed grati acoris ac ſaporis. N. terra reſtans ejusdem etiam num figuræ extrahitur, ſed quæ non amplius linguæ adhæret, nec ſalia humectata in bullas exurgit.

Non opus habet hic ſpiritus rectificatione, ſed in uſum venit una cum phlegmate. Quoad vires Dn. Samuel Gloſſæus hoc ſpiritu in febribus uſus fuit malignis cum ſudoris elicio. Doſis eſt, à ʒß. ad ʒj. vel duas in vehiculo appropriato. *Vide corp. ph. p. 456. b.*

Spiritus Diatrion, *vel* Mixtura ſimplex *P. A. R.*

℞. *Spiritus Theriacalis Camphorati* ℥j. *Tartari rectificati* ℥iij. ⊕li *boni* ℥j. Miſceantur & digerantur aliquamdiu in vitro bene clauſo.

Nobiliſſimum eſt medicamentum ad plurimos morbos, uti obſtructiones viſcerum reſerandas, pleuritidem, uterum calefaciendum, venena & malignam materiam in febribus per ſudorem diſcutiendam, &c. *Vid. corp. ph. p. 387. b.*

Spiritus Vitrioli juxta *P. A. R.*

℞. *Vitriolum commune depuratum*, quo cucurbitæ vitreæ humilis media pars impleatur, fiatque in Balneo phlegmatis deſtil. quod *Ros Vitrioli* nominari ſolet. Poſtea in arena ulterius urgeatur & ∾ inde prodiens, qui *Spiritus Vitrioli volatilis dicetur*, colligatur, Reſiduum retortæ benè lutatæ tertiam ejus partem vacuam relinquendo, injectum, igne aperto gradatim aucto in ∾um, recipiendo amplo colligendum, propellatur usque dum ∾, nebularum ſub forma, prodire deſierint; tùm absque longiori mora, ne Spiritus in cap. mort. regrediantur, vas recipiens cautè eſt removendum.

In variis febrium generibus ſummæ utilitatis eſt ∾ ⊕li, humorum enim putredini reſiſtit, eorumque incendium prohibet, vitioſos corrigit phlegma conſumit, per ⊡nas & poros cutaneos operatur. *Vid. corp. ph. p. 433. b.*

Spiritus Vitrioli juxta *Lemery*.

℞. *Vitriolo ad albedinem calcinato* retortæ amplæ fictilis vel

vel fiℏreæ lutatæ duas ℨ. partes reple. hanc fornaci reverberii clauſæ impoſito ipſique excipulo amplo adaptato, adhibe ignem lentiſſimum, ut incaleſcat retorta, egrediaturque guttatim humiditas aquoſa in ⊕lo reſidua, & cum nihil amplius extillabit, quicquid in recipiente continebitur, in lagenam effunde, idque phlegma ⊕li dicitur; eo utuntur ad lavandos in ophtalmia oculos: retortæ collo iterum excipulum adaptato, commiſſuriſque luto accuratè agglutinatis pedetentim △m auge, cumque nubeculas in excipulum extillare conſpicies eum in eodem gradu continua, donec refrigeſcat recipiens: ligno tunc addito violenter admodum pelle ignem continua, hinc ceſſare curato, vaſis refrigeratis lutum exime ~tumque effunde in vitream cucurbitam, cui arenæ impoſitæ capitellum cum ſuo recipiente promptè adaptato: commiſſuris accuratè madidâ veſicâ lutato, △eque lentiſſimo deſtilla humiditatis ℥iv. erit hic ⊕li ſulphureus ~ in phiala probè obturata ſervandus. Optimum eſt remedium ad aſthma, paralyſin, & pectoris morbos, propinatur à gutt. iv. ad 10. ex liquore conveniente. *Vide corp. ph. p. 433. b.*

## Spiritus Vitrioli juxta *Zvvelfferum.*

℞. Eligatur primò ⊕*lum*, pro deſtillando ejus ſpiritu, *legitimum & purum*, quod in fodinis metallorum ſalubrioribus enatum, aut ex earum aquis mineralibus vitriolatis coquendo paratum ſit, habitu arſenicali non inquinatum. Inter quæ maximè *Hungaricum, viride & cœruleum, Romanum*, vel etiam *Cyprium* probatur. Aut quo meliores aut ſalubriores ~, qui unius metalli naturam & proprietates ſolùm referant & æmulentur, paremus, præſtaret ex ♂, *ſeu Chalybe*, tum etiam ♀ere, *ſeu Cupro.* ⊕*lum*, *beneficio* ☿*ris, per calcinationem, conficere*, è quibus deinde Spiritus,

ritus,communibus longè ſalubriores, legitimè de-
ſtillandi.

Quodcunque igitur ⊕lum bonæ notæ in promptu ſit, calcinetur illud prius vel ſuper igne leni in olla non vitreata, veluti coquendo donec ſpiſſum & ſiccum evadat,in maſſam duram conglobatum, coloris cinerii flaveſcentis,vel retrò fornacem,tempore hyberno quoad albeſcat, & in pulverem ſubtilem convertatur,totaque ſaltem humiditas elementaris leni coctura aut calcinatione exhalaverit.

*Vitriolum* dicto modo *in olla ad duritiem,& cinereo flaveſcentem colorem calcinatum, iterumque in pulverem redactum*,retortæ terreæ,vel vitreæ.luto,ſuperius etiam edocto,& terra figulina,vitro & ſilicibus tritis, parato, obducto, vel terreæ Waltenburgicæ ) quæ vaſa vitri inſtar ſpirit. continent,ac nequaquam permeare ſinunt) indatur ad dimidiam ſaltem illam implendo,& furno reverberii,ſeu igni aperto ſ. a. accommodetur,claudaturque furnus in parte ſuperna, foramine rotundo in medio ſaltem aperto ſervato,quo ignis retortam undique allambere, & quoque circumdare valeat. Hinc recipiente permagno, & largo, collo retortæ agglutinato ſubdatur ignis primò admodum lenis; paulatim tamen phlegmate prodeunte per gradus augeatur,& ad horas x. vel xij. continuetur,donec nimirum phlegma, guttatim prodiens,totum extillavit, & nullæ amplius percipiantur guttulæ, nubeculis albicantibus, igne paulatim adaucto prorumpentibus ac totam retortam replentibus. Hæc deſtillatio per duos dies, & ultrà ultimò, extremâ △ violentia, ac ſi omnia liquanda forent, continuetur,donec tota radicalis humiditas. ſpir. & Ol. impropriè ita dictum, expulſa fuerint, neque prædictæ,in recipiente, nebulæ ampliùs appareant.

Quo

Quo viſo, △ paulatim ſubtrahatur, ac fatiſcat, & vas recipiens cautè amoveatur, & quidem antequam omnia refrigerata ſint; ne ſpiritus, violentiâ ignis expulſi, à cap. mort. ſitibundo, intra retortam reſiduo, attracti, retrocedant, ac illi denuò ſeſe inſinuent, quod certiſſime futurum tibi perſuaſeris, me ipſo & experientiâ teſte.

Abſolutâ deſtil. ſpiritus ex recipiente in alembicum, vel retortam vitream transfuſus in cineribus leni igne dephlegmetur, donec guttæ acidæ extillare percipiantur; hinc aucto igne expellantur, nec non ſpiritus acidi, donec Ol. craſſum, rubicundum, acidiſſimum, in reſiduo maneat; ſingula hæc ſeorſim aſſerventur, tum phlegma ♀eum Vitrioli, tum ſpiritus, ac Ol. magis concentratum in retorta reſiduum; quodlibet ſuo uſui deſtinandum, quorum virtutes non ſolum Medicis, verum etiam vulgò patent ac notiſſimæ ſunt. *Vid. corp. ph. p. 436. b.*

## Spiritus Vitrioli Cephalicus *Ettmülleri.*

℞. *Vitrioli aëre imprægnati*, & *Vitrioli cœrul. Hung.* ana his affunde *Spir. vini rectificatiſſ.* & *à plantis cephalicis & nervinis* aliquoties cohobatum, digere poſtea, deſtilla & rectifica, ſic in rectificatione prodit Spiritus Vinoſus Sulfureus, Vitrioli Cephalicus dictus. Egreſſo hoc Spiritu prodit phlegma, & tandem Spiritus Vitrioli volatilis: qui ſi miſcetur cum Spiritu Vitrioli primo cephalico Sulfureo, & digeſtione uniuntur, emergit inde *Spiritus Antepilepticus Quercetani*, Spiritus Vitrioli viridis dictus. vide *Ettmüller in Schrœd. Dilucid. Vide corp. ph. p. 448. b.*

## Spiritus Vitrioli Ant-Epilepticus puerorum *Hartmanni.*

℞. *Vitrioli Ungaric. depuratiſſ.* ℔. IV. adde ⊡*a puerorum*

rum

*rum ſanorum recenter collect.* ℔. IV. 1. Digere vaſe clauſo aliquamdiu in M. B. poſtea ex eodem vaſe deſtilla ad ſiccitatem, duplex phlegma, quorum primum *inſigne eſt paregoricum ad dolores podagricos*, alioſque ſuaviter demulcendos, *alterum eſt inſigne ophthalmicum*, ad quævis oculorum vitia utiliſſimum, cap. mort. pulveriſat, ex retort. valida terrea, △e nudo, ſed tamen ab initio valdè lentè in excipulum capax urge, prodeuntibus confeſtim ſpiritibus liquor promanat pretioſiſſimus, 🜍ei odoris & auſteriuſculi ſaporis, qui per retort. ſemel atque iterum rectificatus atque reſervatus. Omnem puerorum Epilepſiam radicitùs tollit. *Vide corp. ph. p. 446. b.*

## Spiritus Antepilepticus Baſilii *ex Schrædero.*

℞. *Viridi æris* q. v. ſuperfuſo ✱ calido extrahe & decanta, Liquorem per alembic. abſtrahe, reliquum *in △ pluviali ſolve*, filtra, coagula ad tertiæ partis remanentiam: repone in loco frigido ad cryſtalliſandum, Cryſtallos toties collige, quoties △a ulterius coagulata ac repoſita illos dabit.

℞. *Hos cryſtallos*, deſtilla ex retort. fortiter & prodibit △ ſubviridis, quando incipit ſubnigra apparere; ceſſa. △mque illam ſubviridem dein per alembic. deſtilla & extillabit clariſſima.

Uſus ejus non modo in Epilepſia, ſed & in calculo valdè nobilis perhibetur. Doſis ℈j. in aqua appropriata, Pœon. fœnic. &c. *Vide corp. ph. p. 447. b.*

## Spiritus Vitrioli Eſſentificatus *ſive Clyſſus Zvvelff.*

℞. *Vitrioli Hungarici viridis Martialis.* q. v. Solvatur in △ ſimpl. filtretur, & iterum ſ. a cryſtalliſetur, fœcibus, ſeu Ochrâ, ſive terrâ flavâ ♀eâ, ſeparatâ; & hic labor, ſolvendo, filtrando, ſeparando fœces ⊖li, illudque denuò cryſtalliſando, tertium repetatur.

Tum

Tum vitriolum hoc, probè purificatum, calcinetur in olla, ſuper igne leni, ad medium inter flavum & rubrum colorem. Quo facto, ſolvatur porrò *cum ſ. q. aceti deſtillati*, filtretur & cryſtallizetur, idque tertiâ vice repetatur, donec fœces nullæ amplius conſpiciantur: ac rurſus in olla, ſuper igne leni, ad flavedinem ſeu ſiccitatem calcinetur. Hoc deinde in pulverem redactum immittatur retorſæ vitreæ, ac in arena deſtillando expellatur ejus phlegma ♀eum, ∽que volatiliores, quantum quidem in hoc ignis gradu fieri poteſt. *Phlegma hoc ſpiritusq; volatiles ♀ei prolecti*, reſiduo in retorta Vitriolo ſemi-calcinato, ac priùs iterum in pulverem trito reaffundantur & reſtituantur. Quæ tandem juncta & ſiccata, retortæ vitreæ, luto obductæ, denuò immiſſa, deſtillentur igne aperto, per gradus aucto, ultimò violentiſſimo; per duos circiter dies continuando, donec omnes ſpiritus ad extremum *expulſi fuerint, qui aſſervandi.* Relictum cap. mortuum aeri libero & aſtris exponatur, ut impprægnetur, è quo tandem ⊖ candidus aëreus, beneficio ▽ quæ ſimplic. extrahatur: qui etiam repetitâ ſolutione, filtratione, & cryſtalliſatione probè purificetur. Jam verò ℞. *Hujus ⊖is aërei purificati* ℥iij. cui affunde *ſpir. proprii* ſuperius aſſervati ℥xij. Digerantur circulenturque, deinde in phiala probè ſigillata, colore moderato, per integrum menſem, & evadet medicamentum nobile, per filtrum ſaltem clarificandum, ac in vitro probè clauſo ad uſum aſſervandum.

Præſtat in Paralyſi, Spaſmo, palpilatione cordis, in tabe & affectibus ventriculi, corrigendis, ſummo eſt emolumento, à gutt. vi. ad x. repetitis vicibus in convenientibus vehiculis exhibendo. *Vid. corp. ph.* 448. *b.*

Spiri-

## Spiritus vitrioli Diaphoret. *Schrœd.*

℞. *Sp, vitr. vulg.* ℥vj. *ſal. com. tart. cc. uſt.* ana ℥ij. m. in mort. vitr. diger. dein deſt. ex retorta in recept. capaciſſ. donec omnis humiditas exſtillarit deſtillato liquori adde *Sp. vin.* an. *Vid. cor. ph. p.* 446. *b.*

## Spiritus vitrioli melliſatus *Schrœd.*

℞. *Vitrioli ſole albific.* ℔. ij. *mellis cum favo* ℔. j. m. ac deſtilla. *Vid. corp. ph. p.* 446. *b.*

## Spiritus vitrioli philoſophicus *Schrœd.*

℞. *Aq. qua merc. vit. edulc.* eſt evaporet leniter MB. donec apparere incipiat liquor flavus & acidus qui per retortam à materia terr. rectific. pot. *Vide corp. ph. p.* 444. *b.*

## Spiritus vitrioli tartariſatus *Tenzelii.*

℞. *vitr, ungar. ad alb. calc.* p. ij. *tart. ad nigr. calc.* p. j. pulv. m. & *ſp. vin.* conſperſa deſt. per cucurb. alemb. impoſ. igne forti cohobaque dein rectif. liq. in arena. *Vide corp. ph. p.* 445. *b.*

## Spiritus vitrioli Epilept. *Brandenb.*

℞. *Vitr. ung. ad alb. calcin. & pulv.* ℔. iij. *limat. cran. hum. viol. morte peremti raſur. ung. alc. corn. alc. cerv. cum cran. vicino cor. rub. præp. viſc. q. ſem. pœon.* ana ℥ij. m. ac retort. inde aff. *ſp. vin. rect.* q. ſ. ℔. iij. vel jv. tum igne aperto aut balnei ſicci quod tutius gradatim adhibito ac ſucceſſive aucto ad candeſcentiam usque retortæ omnimodam ſp. omnes elice ſpir. egreſſ. ex arena rectif. eique adde *ſal. pœon. rut. ſucc. vol.* ana ℨj. diger. p. menſem & circul. donec exacte uniantur vi.

## Spiritus vitæ aureus *Rulandi Diſpenſat. Brandenb.*

℞. *Diacarthami Arn. de villanova* ℥ij *troch. alb.* ℨij. affunde

affunde *ſp. vin. hiſp. vel rhen.* ad emin. 4. dig. ſt. in dig. p. 8. d. tunc col. & ſerv.

Spiritus Uterinus C.D.G. *Mœbii.*

℞. *Zedoar.* ℔iij. *Angel.* ℔j. *h. Meliſſ. rec.* M. IV. Infunde in vini ℔viij. deſtilla ac rectifica, pro lubitu *ſuper Caſtoreum Vide corp. ph. p.* 394. *b.*

Stomachicum Poterii, cujus deſcriptionem communicat *Cl. Clauderus in Ephem. cur. decur.* II. *anno* 410. *p.* 263. *v. g.*

℞. *Nitri puriſſimi pulveriſati*; q. v. agitetur per tempus piſtillo ligneo ut omnem perdat humiditatem, (NB. alii nitrum arenæ mixtum, igne reverberii leniter calcinant, poſtea arenam hanc nitratam in aqua ſolvunt,) ſolve nitrum ita ſiccatum aqua pluviali, rurſus verò evapora in ſal, quod denuò ita pulveriſa piſtillo ligneo, atque hunc laborem aliquoties repete, usque dum fiat omnis ſaporis expers, ac egregiè cryſtalliſetur.

℞. *Nitri hujus ita parati, Sulfuris communis* ana q. v. Subtiliſſime pulveriſata miſce: materiæ mixtæ ℥ß. per vices immittatur ollæ fictili non vitreatæ in anemio prius candefacto, & ſic perge, donec omnem immiſeris materiam commixtam, olla verò ſemper undiquaque candeat; Materia omni immiſsâ olla operiatur tegula ne carbones ingrediantur; impone carbones ad dimidii pedis altitudinem, & ſic relinque, donec vas refrixerit, tunc exime materiam ſubalbido rubeſcentem; quam denuò ſi placet aliquoties ſolve in aqua pluviali, & in cryſtallos puriſſimos coagula. Per hoc ſal cryſtallinum extingui & ſuffocari materiam quamcunque febrilem è ſanguinis & ſeri ſalſi ebullitione pr. n. orientium cum Poterio teſtantur plures. Ut tamen medicamentum hoc magis exaltetur;

℞. *Reguli* ♀ ♂ *alis* partes octo, *Auri puriſſimi* p. j. Omnia probè mixta pone in crucibulo ad ignem addendo ſucceſſivè triplum modo parati nitri, atque fluant ita per 12. ad 15 horas, compoſitum frigefactum, poſtea edulcoretur aqua communi aliquoties ſolvendo & coagulando, ſic pro doſi unicum ſufficiet granum. *Vid. corp. ph. p. 278. a.*

## Styli Dentifricii *Minſ.*

℞. *Farin. ſilicum fluviat. calcinat.* ℥ij. *Lap. pumicis præp. Aluminis uſti* ana ℥ß. *Rad. Ireos florent. Cineris tabaci ind. albiſſ.* ana ʒij. *Galliæ Moſchatæ veræ, Ol. lig. Rhodini* ana ℈j. Miſce, & *cum gumm. Tragacanth. alb. in aq. roſar. diſſolut.* f. l. a. ſtyli dentifricii.

Ad dentium ſordes tollendas & colorem vitioſum emendandum, nobis uſitatiſſimi ſunt; *Vide corp. ph. p. 362. a.*

## Suffimentum Angelicum *Minſ.*

℞. *Gumm. ſtyracis calamit. Benzoini* ana p. æ. Solvantur in *aq. roſarum opt.* & fortiter ſine mora exprimantur; Poſtea exſiccentur, pulveriſentur & ad uſum ſerventur.

℞. *Hujus pulveris ita præp.* ℥j. *Lig. Aloes ponderoſ.* ʒij. *Roſar. rub. exſic. Ambræ gryſeæ* ana ʒj. *Zibettæ* non falſat. *Moſchi* ana ʒß. *Balſ. Peruviani odorif. ol. lig. Rhodini* ana ℈j. *Eboris ad nigredinem calc.* a. q. ſ. Miſc. ritè cum *aq. fragrantiſſ. Roſ.* & ex paſta ſubacta formentur paſtilli nigri, qui involvantur foliis roſarum, ſiccenturque in umbra, & in vaſe vitreo reponantur, quorum unus vel duo ſuper prunas ignitas poſiti, vel tempore hyemis fornaci calido admoti, aut etiam in aq. roſarum, infuſi & cocti, ſuaviſſimum, deſideratisſimum, & quaſi angelicum & cœleſtem odorem halant. *Vid. corp. ph. p. 366. a.*

## Suffimentum catarrhale de Spina.

℞. *Maſt. olib. ſuccin. ſtyr. cal. benz.* ana ʒij. *lign. al. caryoph. macis rad. ir. fl.* ana ʒiß. *cyper. rot. fl. roſ rub.* ℈j. *lavend.* ℈ß M. F. Pulvis.

## Suffimentum catarrhale *Dolæi.*

℞. *Herb. ſalv. majoran. roriſm.* ana ℥j. *caryoph. cinam.* ana ʒij. *lign. al.* ℥j. *thuris* ʒiß. F. Pulv.

## Suffimentum de Cornu Caprino *Minſichti.*

℞. *Raſ. de cornu caprino* ℥ij. *Succini citrini, Myrrhæ rub.* ana ℥j. *Lig. Juniperi, flor. ſulfuris*, ana ʒvj. *Rad. Enulæ camp. Angelicæ hort. Caryophyllatæ* an. ℥ß. *Olibani, Benzoin. Ladani, Styrac. cal.* an. ʒiij. *Roſar. rubr. abſinthii. Rutæ hort. ſcordii*, ana ʒij. *fol. Lauri Caryophyllor. Camphoræ* ana ℥j. Miſc. & cum *Terebinth. Cypria* formentur Trochiſci pro fumo.

Facere ex his ſuffimigia tempore peſtis in cameris, aliisq; partibus domus valdè utile eſt, quia hic fumus corruptum & peſtiferum aërem mirum in modum mundificat & manſiones totas ab infectionibus omnibus mundificat, liberat & præſervat.

## Suffimentum Epilepticum *Minſichti.*

℞. *Succini alb.* ʒxj. *Myrrhæ rub. Maſtichis elect. Gum. animæ, Galbani, Elemi* ana ʒij. *Viſci quercini ſem. Pœoniæ exc. Bacc. Juniperi, Raſ. cornu alcis* ana ℥j. *Abſinthii, Majoranæ flor. Lavendulæ, Lilior. convall. Roſ. rub.* ana ℥ß. Miſc. & cum infuſione Tragacanth. factâ *in aq. Epilepticæ noſt.* f. l. a. Trochiſci pro ſuffitu. Fumus hic ſupra carbones naribus Epileptici admotus, paroxyſſimum ipſe ſedat, &c. *Vide corp. ph. p. 366. a.*

## Suffimentum in fluore alb. *Mich.*

℞. *Thur. maſt.* ana ʒiij. *ladan. gum. jun.* ana ʒij. M. F. Pulvis.

Suffimentum in fluore alb. *de Spina.*

℞. *Ladan. ſtyr. cal. lign. al. ſant. omn.* ana ʒj. *caryoph. nuc. m.* ana ℈ij. *gall. moſch.* ʒiß. m. F. Pulvis.

Suffimentum de Hypociſtide *Minſichti.*

℞. *Hypociſtit.* ℥j. *Succini alb. Coſti Thuris,* ana ℥ß. *Uſneæ quercin. exſicc. Galbani Colophoniæ, Aſphalti* ana ʒij. *Cupul. glandium. Biſtortæ, Balauſtior.* an. ʒj. *Roſar. rub. Caryophyllorum, Caſtorei* an. ʒß. Miſc. & excipiantur *Terebinthina alb.* & fiant Trochiſci magni pro fumo.

Experimentum eſt contra uteri procidentiam, mulier per infundibulum magnum manè & veſperi fumum hunc recipiat, & propter gravem odorem, brevi liberabitur. *Vid. corp. ph. p.* 367. *a.*

Suffimentum Imperiale *Minſichti.*

℞. *Styr. cal. depur. benz.* ana ℥ß. *lign. al.* ʒij. *Zibeth.* ʒj. *gall. moſch.* ℈j. *Ol. caryoph. roſ.* ana ℈ß. m. & cum *aq. roſ.* F. Paſtilli. *Vide corp. ph. p.* 367. *a.*

Suffimentum in Peſte *de Spina.*

℞. *Thur. maſt. ſuccin. flav.* ana ʒiiß. *myrrh.* ʒij. *bacc. jun. lign. ejusd. ſant. rub.* ana ʒiij. *fl. roſ. rub.* ʒj. m. F. Pulvis.

Suffimentum de Sabina. *Minſ.*

℞. *Herb. Sabinæ recent. ex ſicc.* ℥ß. *Styrac. calamit. Myrrhæ rub. Opopanacis, Sagapeni,* an. ʒij. *Cinamomi acut. pulegii utriusque ſic Bacc. lauri. Sem. Cymini* an. ʒj. *Trach. Alhandal. Ireos florent. Aſari* an. ʒß. *Galliæ Moſchatæ veræ, Aliptæ Moſchat.* an. ℈j. Miſc. & cum Terebinth. alb. f. Trochiſci magni pro ſuffitu.

Ponatur unus ex his ſuper prunas vivas & recipiatur fumus per infundibulum. Eſt enim ad cienda muliebria probatiſſimus. *Vide corp. ph, p.* 367. *a.*

Suffimentum de Sandaraca *Minſichti.*

℞. *Sandaracæ opt.* ℥iv. *ſuccin. alb.* ʒij. *maſt. el. ſem. ni-*

*gell.*

*gell. rom. cor. præp.* ana ℥j. *roſ. rub. exſicc. gum. anim. olib.* ana ℥ß. *ſtyr. cal. benz.* ana ʒij. *fl. pap. err. lign. al.* ana ʒj M.F. Pulvis. *Vide corp. ph. p. 287. a.*

### Suffimentum de ſuccino albo *Minſ.*

℞. *Succin. alb.* ℥iv. *ſandar.* ℥ij. *maſt. olib.* ana ℥j. *gum. anime myrrh. rub. roſ. rub.* ana ℥ß. *tacam. ſtyr. cal. ladan. puri* ana ʒij. *orig. cret. thymi exſicc. ſerpill.* ana ʒj. F. Pulv. *Vid. corp. ph. p. 287. a.*

### Suffimentum de ſuccino citrino *Timæi.*

℞. *Succin. citr.* ℥ij. *olib.* ℥j. *maſt.* ℥ß. *ſtyr. cal. benz. ladan.* ana ʒvj. *myrrh.* ʒij. F. Pulv.

### Suffimentum de Tacamahaca *Minſichti.*

℞. *Verrucar. equorum tibiis ad naſcentium.* ℥j. *Gum. Tacamahacæ, Galbani* an. ℥ß. *Cornuum Ung. capræ Succini citrin.* an. ʒij. *Blattæ Bizantiæ, Caſtorei veri* an. ʒj. Miſc. & cum *Terebinth. alb.* formentur Trochiſci pro ſuffitu.

Fumus hic per tritorium aut retortam detruncatam, utero ſuprà ſedem clauſam, inſtante paraxyſmo, immiſſus, vel etiam naribus ad motus quaſi momento mulieres ſuffocatas reducit. *Vid. corp. ph. p. 368. a.*

### Suffimentum de verbaſco *Minſichti.*

℞. *Rad. & herb. verbaſci* ana ℥j. pulv. m. & cum *tereb.* f. trochiſci pro fumo in Teneſmo. *Vid. corp. ph p. 368. a.*

### Suffimentum de vitriolo *Minſichti.*

℞. *Vitr. virid.* ℥viij. *nitri purg. myrrh. rub.* ana ℥iv. *fl. ſulph. ſimp. ſuccin, citr.* ana ℥ij. *bacc. laur. rec. jun.* an. ℥iß. *raſur. cc. olib.* an. ℥j. *fol. ſcord. rut. roſ. rub.* ana ℥ß. F. Pulv. pro fumo. *Vide corp. ph. p. 287. a.*

### Sulphur Antimonii *Zvvelfferi.*

℞. *Antimonii Hungarici triti*, vel ejus loco, *Reguli Antimonii* ℔j. cui affundatur pedetentim *Olei Tartari per deliquium* facti tantundem vel plus. Et ſuper igne

leni exſiccentur, quoad maſſa rubea remaneat; Maſſa hæc in pulverem ſubtilem redacta coquatur in ſartagine ferreâ, cum ſuff. q. *lixivii fortis*, repetitis vicibus, quousque rubedo in lixivio appareat. Tincto lixivio *inſpergatur acetum deſtillatum*, ut præcipitetur pulvis rubeus; qui ab omni ſalſedine repetitâ aquæ ſimplicis affuſione, liberetur, ac uſui aſſervetur. *Vid. corp. ph. p.* 463. *b.*

## Sulphur Vitrioli Anodinum *Zvvelfferi.*

℞. *Vitrioli Martialis* ſeu *Hungarici optim.* ℔j. *Solvatur in ſ. q. aq. ſimpl.* ſolutio filtretur & aſſervetur, poſtea *cum hac aqua vitriolata ſæpius laminæ ferreæ, vel etiam limatura martis pura, humectentur*, & toties leno calore iterum exſiccentur, usque dum in maſſam rubicundam, converſa ſit. Nunc huic in pulverem tritæ maſſæ ſuperaffundatur *aceti deſtillati* q. ſ. ad quinque digitorum ſupereminentiam, in vitro ſatis largo & magno, digerantur calore ſatis intenſo, quousque acetum tingatur quod, dum adhuc calet, effundendum, & aliud ſuperaffundendum; idque ſæpius repetendum, donec acetum affuſum nullâ ampliùs rubedine tingatur. Porrò *ſolutionibus*; *ſeu aceto tincto, inſtilletur Oleum Tartari* guttatim, & *præcipitabitur Sulfur vitrioli inſtar pulveris flavii* quod per reſidentiam & decantationem ſeu inclinationem liquoris ſupernatantis, vel etiam per filtrum, & chartam emporeticam ſeparatum, aqua tepida ſæpius affuſa probè edulcoretur, quousque nullus ſapor aut acrimonia ſive à ſale, ſive aceto, vel à Vitriolo amplius percipiatur. Exſiccetur hinc, & phialæ incluſum in arena nonnihil ad rubedinem calcinetur quod brevi fiet, & efficietur. Et hoc eſt Sulphur Vitrioli Anodynum dictum, ex quô porrò cum Spiritu vini, ac beneficio Salis Tartari, vel etiam cum Spiritu Veneris, Eſſen-

Eſſentia & nobile medicamentum apparandum venit. *Vide corp. ph. p. 465. b.*

## Sulphur Vitrioli purgans *Kesleri ex Schræd.*

℞. *Vitrioli optimi*, quantum vis. Affunde *phlegma vitrioli*, vel ▽ deſtillat. ad eminentiam 4. digitorum, ſtent in digeſtione & ſubſidebit terra filtra: in filtraturam inſtilla Ol. Tart. p. d. & præcipitabitur Sulf. Vitrioli, decanta liquorem, & edulcora Sulph. ▽ tepida atque exſicca. Doſis à gr. 5. ad 10. *Vide corp. ph. p. 466. b.*

## Suppoſitoria acuta *Minſichti.*

℞. *Gran. Colocynthid.* ℥ß. *Rad. Hellebori alb. Eſulæ min. præp. Hermodact. alb.* ana ℥j *Cort. Myrob. citrin. Rad. Polypodii, Fol. Senæ*, *Agarici troch.* ℥ß. *Sal. Gemmæ, Nitri* ana ʒij. *Flor. Chamomillæ* ʒj. Miſc. & fiat omnium pulvis ad uſum reponendus. *Vide corp. ph. p. 386. a.*

## Suppoſitoria Anodyna *Minſ.*

℞. *Sem. Cymini, Rutæ*, ana ʒij. *Mumiæ transmarin. Opii Thebaici* ana ʒj. *Flor. papav. errat. Croci Orient.* ana ℈j. *Styrac. Calamitæ, Caſtorei veri* ana ℈ß. Miſceantur & fiat pulvis, qui melle excipiatur.

## Suppoſitoria Carminativa *Minſichti.*

℞. *Cort. Arantiorum, Flor. Chamomill.* ana ʒiß. *Sem. Cymini, Carvi, Seſeleos, Ameos, Agni Caſti, Cereſolii, Rutæ* an. ʒj. *Pulv. colocynthid. Salis vulgaris* ana ℈j. *Mellis q. ſ.* Miſc. & fiant l. a. ſuppoſitoria. *Vid. corp. ph. p. 385. a.*

## Suppoſitoria Dyſenterica Anodyna & ſomnum conciliantia *Minſ.*

℞. *Mellis cocti* ℥iij. *Sem. Hyoſciami alb. Papav. nigri* an. ʒiß. *Opii Thebaici, Balauſtior. Spodii, Olibani*, ana ʒj. *flor. papav. errat. Croci Orient.* an. ℈j. Miſc. & fiant l. a. Suppoſitoria. *Vid. corp. ph. p. 385. a.*

Suppoſitoria cum ſpeciebus hieræ comp. Diſpenſ. *Brandenb.*

℞. *Spec. hier. picr.* ℥ß. *pulv. coloc.* ʒj. *muſcerdæ* ʒj. *vitell.* No. 1. *ſal.* ℈j. *mell.* ℥j. m. coq. ad juſt. conſiſt. & f. Suppoſitoria.

Suppoſitoria ſtyptica contra dyſenteriam, ventriſque fluxus *Minſichti.*

℞. *Hypociſtidis* ℥j. *Gallar. Turc. Acaciæ* an. ℥ß. *Cort. Granator.* ʒiij. *Rad. Altheæ, Glycyrrhiz.* an. ʒj. *Corn. Cervi uſt. Croci Martis, Sang. Draconis* an. ʒß. Miſc. & cum *albumine ovorum & ſucc. Plantaginis* fiant l. a. Suppoſitoria. *Vid. corp. ph. p.* 386. *a.*

Suppoſitoria in Epilepſia, Apoplexia, Vertigine, *&c. Minſ.*

℞. *Trochiſc. Albandal. Agarici Trochiſcat.* an. ʒj. *Hellebor. nigr. fol. Sene* an. ʒß. *Sal. Gemmæ, Nitri* an. ℈j. *Mellis* q. ſ. Fiant Suppoſitoria duo groſſa & oblonga, ut eſt moris. *Vid. corp. ph. p.* 385. *a.*

Suppoſitoria ſicca *Minſichti.*

℞. *Fari. frumenti* ℥iiij. *Sal. communis* ℥ß. *Sem. Colocynthid.* ℥j. *Hermodact. alb. Hellebori alb. Eſulæ min. præp.* an. ℥ß. *Malvæ min. rad. Tartari alb.* an. ʒij. *Opopanacis, Sagapeni* an. ℥j. Miſc. & cum vitell. ovorum f. l. a. Suppoſitoria ſicca. *Vide Corp. ph. p.* 386. *a.*

# SYRUPI ALTERANTES.

## Syrupus de Abſinthio *Zuvelff.*

℞. *Abſinthii pontici ſeu Romani* ℔ß. *Roſarum rub.* ℥ij. *Spicæ indicæ* ʒiij. *Vini veteris Clari & optimi, Succi Cydoniorum* an. ℔iij. ℥iv.

Inciſa, quæ incidenda ſunt, immittantur cucurbitæ vitreæ, *quibus affundantur vinum & ſuccus Cydoniorum,* ac, appoſito capitello, macerentur horis 24. poſtea augeatur ignis, & in arena fortis fiat deſtillatio, plus quàm ad dimidias, vel ut ſaltem libra una liquoris in fundo mane-

maneat reſidua : priores autem unicæ decem aquæ, quæ prodiere magis ſpirituoſæ, & odoriferæ, ſeorſim asſerventur, ſicut etiam ſecunda aqua prolecta ſeparatim ſervetur refrigeratâ cucurbitâ, ſpecies in fundo relictæ exprimantur, expreſſum albumine ovi clarificetur, & ad uncias quatuor inſpiſſetur, vel eo usque evaporet, cui demum adde prioris aquæ deſtillatæ ℥x. circiter & ſacchari albiſſimi ℔ ij. Ac ſola ſuper ignem diſſolutione, vel unicâ ſaltem ebullitione fiat Syrupus juſtæ conſiſtentiæ, imprægnatus virtute & & efficaciâ rerum, quæ ejus compoſitionem ingrediuntur.

Aqua ſecunda, ſeparatim aſſervata, cum ob paucitatem Sacchari in ſyrupum redigi nequeat, poteſt, quotiescunque à Medicis præſcribitur, cum eodem permixta commodi propinari *Vid. corp.ph.p.526.b.*

## Syrupus Acetoſus ſimplex *Zvvelfferi.*

℞. *Aceti deſtillati* libras duas, quibus immergantur *cort. Limon. recent. & extim.* ℥ij. *Arant. recent. & extim.* ℥j Et factâ maceratione die una, coletur additisque *Sacch. can. albi* libris tribus. Coquantur paucis ebullitionibus ad conſiſtentiam Syr. in terreo vaſe vitreato.

Saluberrimus eſt in affectibus calidis, bilioſis & æſtuantibus, imò in peſte ipſa, & febribus maglinis, Ex eo julapia parari poſſunt cum aquis, ſive coctis ex cornu cervino, hordeo & ſimilibus, ſive deſtillatis; & appropriatis, ægrisque ſic commodè propinari. *Vid. corp.ph.p.491.b.*

## Syrupus Acetoſus compoſitus *Zvvelfferi.*

℞. *Radicum Apii. Fœniculi, Endiviæ*, an. ℥iij. *Semin. Aniſi, fœniculi, Apii* an. ℥j. *Endiviæ* Quib⁹ contuſis & cucurbitæ vitreæ immiſſis; affunde *aceti vivi acerrimi deſtillati* ℔ ij. Factaque maceratione per diem, fiat colatura & expreſſio, acetum expr. clarificetur & aſſervetur. Speciebus remanentibus affunde *aquæ*

*fim-*

*ſimplicis* ℔ iij. Coquantur lento igne ad tertias; colaturæ ſive expreſſioni *albumine ovorum clarificata* adde *Sacchari* ℔iij. Coquantur ad conſiſtentiam tabulati: tandem adde de ſuperiori aceto virtutibus ingreditentium, ſubtilioribus imbuto ℔iß. cum ℥iij. circiter, fiatque unà vel alterâ ebullitione, aut ſolâ diſſolutione, juſtæ conſiſtentiæ Syrupus. *Vide corp. ph. p. 499. b.*

## Syrupus Acetoſitatis Citri cum Corticibus, *Zvvelfferi.*

℞. *Succi Citri* (vel potius *limoniorum* ſive *citriorum pomorum ſucculentorum* parvorum) *recenter expreſſi* & depurati libras quatuor. Quibus immergantur *Corticum eorundem pomorum citriorum recent. & extirmorum* ℥vj. Factaque maceratione in vitreo vaſe, horis circiter xx. loco bene calente, denuò coletur, & additis *Sacchari Canarii albiſſ.* libris ſex. Fiat, unà ſaltem ebullitione, Syrupus præſtans ac gratus, ad omnes morbos æſtuantes ab intemperie calida, præſertim febrium, tùm malignarum, tùm ardentium, & periodicarum ortum ducentes, Cor & ventriculum, Hepar nec non calefactum recreat, & temperat, putredinique reſiſtit. *Vide corp. ph. p. 492. b.*

## Syrupus de Succo Acetoſæ Meſuæ *P. A. R.*

℞. *Succi Acetoſæ depurati* libras iij. *Sacchari clarificati* libram ſemis, Coquantur ad Syrupi conſiſtentiam. Febribus bilioſis admodum gratus eſt, & peſtilentibus ſalubris, viſcerum igneum calorem moderatur, ipſaque roborat. *Vide corp. ph. p. 491. b.*

## Syrupus de Succo Acetoſellæ *Zvvelff.*

℞. *Succi Acetoſæ, Acetoſellæ,* aut alicujus alterius herbæ ℔ vj. Depurentur per reſidentiam; poſtea abſtrahantur per Alembicum vitreum ℔. iv. duabus

℔ remanentibus addantur *Sacchari albi* ℔ iij. Coquanturque una vel altera ebullitione ad conſiſtentiam Syrupi, cui quoties præſcribitur, aqua, à ſucco deſtillata, pro lubito, addi poteſt. *Vide corp. ph. p. 491. b.*

## Syrupus de Althæa Fernelii *P. A. R.*

℞. *Rad. Alth.* ℥iij. *Graminis*, *Aſparagi. Glycyrrhizæ, Uvarum paſſarum mundatarum* an ℥ß. *Cicerum rubrorum* ℥j. *Cymarum Aſparagi, Malvæ Helxines, Pimpinellæ, Plantaginis Adianti albi, & nigri* ana manipulum unum *Sem, quatuor frig. major. & minor.* ana ℥iij. Inciſa coquantur *ex aqua* libris novem, usque dum quatuor ſuperſint: deinde cum *Sacchari albi* libris quatuor, f. ex arte Syrupus.

Ardorem urinæ demulcet, ac citra manifeſtum calorem, craſſam, obſtruentemque pituitam, nec non viſcidam, purulentamque renum ſaniem, & arenulas blandè expurgat. *Vide corp. ph. p. 521. b.*

## Syrupus de Althæa *Zvvelff.*

℞. *Rad. Althea, Graminis, Aſparagi, Glycyrrhizæ, Uvarum paſſarum mund.* an ℥ß. *Cicerum rub.* ℥j. *Cymarum Altheæ, Malvæ, Helxines Pimpinellæ, Plantaginis, Adianthi utriusque* an. manipulum unum. Coquantur in ſ. q. *aqua Simplic.* ad libras quatuor, colatura clarificata interim ſervatâ. Jam verò.

℞. *Semin. quatuor frigid. major, exc. minorum* an ℥iij. Contundantur opt. in mortario, *cum decocto ſuperiore aſſervato*, fiatque emulſio, quæ colandæ: colaturæ adde Sacchari albiſſimi Canarii ℥iv. Miſceantur pro potu eorum, qui ardore urinæ laborant. *Vid. corp. ph. p. 521. b.*

## Syrupus de Althæa Norimb.

℞. *Cicer. rub.* ℥ß. *red. alth.* ℥j. *gram. aſpar. glyc. mund. uv. paſſ. expurg.* ana ℥ij. *Summit. alth. malv. pariet.*

*heder*

*heder. terr. veron. pimp. plant. adianth. alb. nigr.* ana mj. coq. ex aq. ℔ iij. dum duæ ſuperſint deinde cum *Sacch. alb.* ℔ ij. coq. ad conſiſt. Syrupi *Vide corp. ph. p. 522. b.*

## Syrupus Anagallidis *P. A. R.*

℞. *Succ. ex herb. anag. fl. phænic. expr. & depur.* ℔ iij. *Sacch. clarif.* ℔ ij. coq. & F. Syr. *Vide corp. ph. p. 468. b.*

## Syrupus Aperitivus magiſtr. *P. A. V.*

℞. *Succ. depur. rad. cich. pimp.* ana ℔ j. *fumar. lupul.* ana ℥vj. *petroſ. fœn.* ana ℥iij. *rad. apii. enul. aſpar. eryng, vincetox* ana ℥j. *herb. agrim. cupat. agerati* ana mj. *fol. cuſcut. ceterach. adianth. utr. cardb. comar. abſ. pont. fl. cent. min.* ana mß. *gran. alkek.* ℥j. *aq. font.* ℔ vj. *acet. Scill.* ℔ ij. arida omnia coq. ex ℔ vj. aq. has trans cola & cum ſuccis & aceto ſcillit additis *Sacch. alb.* ℔ iiiß. coq. in Syr. *Vide. corp. ph. p. 500. b.*

## Syrupus Aperitivus calybeatus pro mulieribus *& Cachecticis*, Zvvelff.

℞. *Radic. recent. Apii, Pimpinellæ Valerianæ, Pœoniæ* ana ℥iiß. *Herb. recent. Meliſſæ, Pulegii, Naſturtii hort. Roriſmarini, Sabinæ.* ana ℥iij. *Baccarum Juniperi Lauri* ana ℥iß. *Sem. fœniculi, Apii,* ana ℥j. *Cinamomi acuti* ℥ij. *Maceris* ℥vj. *Antophyllorum* ℥ß *Croci opt.* ʒij. Quib⁹ omnib⁹ conſciſſis & contuſis nec non cucurbitæ vitreæ imiſſis ſuperaffundantur *Vini albi generoſi* ℔ vj. Factâ maceratione per unum alterumque diem, appoſitoque capitello fiat in M. B. abſtractio ad ℔iij. Huic liquori prolecto, abjectis ſpeciebis, in alembico relictis, una cum reſidua vini vappa, immergantur ſequentia, inciſa ſaltem; utpotè: *Rad. recent. Apii, Pimpinellæ cichorii ſylv. Petroſelini,*

*fœniculi* ana ℥iß. *Herb.recent. Meliſſæ Roriſmarini, Pulegii, Sabinæ* ana ℥iß. *Caſſiæ ligneæ veræ Cinamomi opt.* ana ℥j. *Baccarum Lauri* ℥ß: *Macis* ʒiij. *Chalybis cum Sulfure liquati*, & inſuper *aliquoties cum Sulfure calcinati* ſecundum Crollium, inque petia ligati. ℥viij. vel 10. *Crem. Tartari* vel ſaltem *Tartari albi*, veneti ſubtiliter triti & calybi permixti ℥ij. Macerentur loco calido per biduum, quotidiè aliquoties agitando, & petiam vel Sacculum cum Calybe & Tartaro exprimendo, factaque poſt colatura cum expreſſione colatus & expreſſus, liquor per filtrum clarificetur, interimque aſſervetur. Porrò:

℞. *Species ab infuſione expreſſione relictas unà cum chalybe & Tartaro* in ſacculo ligatis, *quas cum aqua fontana, ſpiritu Sulphuris ad gratam aciditatem acuata* ℔.iij. quoque ad remanentiam ℔ iß. (ſed, quod benè obſervetur, in patella ferrea) decoctum coletur & optimè clarificetur, quod *Sacchari albiſſ.* ℔.iv. denuò coquatur ad conſiſtentiam ferè tabulati, cui tandem jungatur. Aqua ſuperius deſtillata ex recentibus ſpeciebus eſſentificata, in quantitate competenti (℔ iiß. circiter.) Ut ſola diſſolutione vel unicâ ſaltem ebullitione Syrupus juſtæ conſiſtentiæ emergat: Qui in reſerandis menſibus obſtructis egregiam non ſolùm præſtabit operam, verùm etiam Cachecticis & Hypochondriacis auxilio erit. Commodè dabitur in juſculis alterantibus, vel etiam in vino, ab ʒj. ad ʒij. plus minusve, juxta ſubjecti ac ægrotantis conſtitutionem. *Vide corp. ph. p. 502. b.*

## Syrupus Aperitivus *Chalybeatus alter paratu facilior. Zvvelff.*

℞. *Chalybis cum Sulfure liquati ac ſæpius poſt* (ter quaterve ad minimum) *cum eo calcinati*, ſecundum Crollium ℥viij. *Cremoris Tartari* ʒiij. His mixtis & ſub-

ſubtiliter pulveriſatis, ac vitro largo immiſſis ſuperaffunde *vini albi generoſi* ℔ij. macerentur loco calido. ſæpiùs de die agitando, per triduum, factâ pôſt colaturâ & clarificatione vinum hoc chalybeatum interim aſſervetur Tùm.verò.

℞. *Rad. recentium cum toto Apii, Fœniculi, Cichorii ſylv. Pimpinellæ, Petroſelini* ana ℥ij. *Herb. recent. Scolopendrii, Chærefolii, Caterach,* an ℥ij. *Chamædrios, Naſturtii hortenſ.* ana ℥iij. *Roriſmarini* ℥j. *Caſſiæ ligneæ* ℥iß. *Baccarum Lauri.* ʒvj. Item: *Calybem cum ſulphure ſuperiùs ab infuſione relictum ſacculo incluſum.* Coquantur inciſa; quæ incidenda ſunt in ſ. q. aquæ ſimpl. cum Spiritu ſulphur, priùs ad gratam aciditatem acuatæ, (in ſartagine ferrea, caveas igitur à cuprea vel ænea) ad remanentiam ℔iß. coletur, exprimanturque ſpecies decoctum album. Ovorum probè clarificatum, additis *Sacchari albiſſ.* ℔iij. porrò coquatur ad juſtam conſiſtentiam ferè tabulati, cui adde *Eleoſacchari Cinamomi* ℥iß. ſervetur uſui.

Ad menſes mulierum reſerandos præcedente haud inferior, Cachecticis præterea & Hypochondriacis opitulatur. Propinari poteſt ab ℥j ad. ℥ij. in juſculis alterantibus aut laxantibus vel in aliis vehiculis appropriatis. *Vide corp. ph. p.503.b.*

## Syrupus de Artemiſia *P. A. R.*

*Herb. artemis.* mij. *puleg. meliſſophyll. dict. cret. Sabin.* ana mj. *fl. hyper.* mß. *rad. rubiæ ruſci* ana ℥ij. *Sem. nigell.* ℥ß. *caſſ. lign.* ℥j. *Sacch. alb.* ℔ij. coq. cum *aq. font.* ℔v. F. Syr. *Vide corp. ph p.540.b.*

## Syrupus de Artemiſia Fernelii.

℞. *Summ. artemis* mij. *rad. ir. helen. rubiæ pæon. leviſt. fœn.* ana ℥ß. *herb. puleg. orig. calam. nepeth. meliſſoph. ſambuci ſampſuchi hyſſ. Praſſ. chamædr. chamæp. parthenii*

*beton.*

*beton.* ana m.j. *ſem. aniſ. petroſ. fœn. ocymi dauci rutæ nigell.* ana ʒiij. contuſ macer. h. 24. in *hydrom.* ℔. viij. coq. ad ℔. v. cum *ſacch.* ℔. v. F. Syr. qui cond. *cinam.* ʒj. *ſpic.* ʒiij. *Vide corp. ph. p. 540. b.*

Syrupus Aſthmaticus *Zuvelfferi.*

℞. *Rad. recent. Enulæ camp.* ℥ij. *Calami aromat.* ℥iß. *Ceparũ recent.* ℥iiij. *Herb. recent. Hyſſopi, Anethi, Meliſſæ, Naſturtii hort. Satureg* ana ℥ivß. *Florum recent. Tunicæ* ℥ij. *Cort. Arantiorum recent. extim.* ℥iß. *Cinnamomi acuti, Granorum Juniperi* ana ℥j. *Macis* ℥ß *Sem. Aniſi, Fœniculi* ℥iß. Omnia inciſa & contuſa immittantur in cucurbitam vitream, quibus ſuperaffunde Vini generoſi ſeu Malvatici ℔. jv. Factâ digeſtione unâ alteravé die, fiat deſtillatio & abſtractio duarum librarum: *Cui aquæ Spirituoſæ prolectæ* abjectis ſpeciebus à deſtillatione relictis, cum reſidua vini vappa) de novo immerge ſequentia ſaltem inciſa, utpote: *Scillæ præparatæ & ſiccatæ* ℥ß. *Ceparum recentium* ʒvj. *Rad. recent. Enulæ camp.* ℥j. *Ireos florent. Liquirit. raſæ* ana ʒvj *Calami aromat.* ℥ß. *Herb. recent. Hyſſopi, Anethi, Meliſſæ, Naſturtii hort. Charefolii* ana ℥j. *Croci Orientalis* ʒj. Digerantur per biduum, fiat poſt colatura & expreſſio, eſſentiam interim prius purificatam aſſervando. Tum:

℞. *Species ab ultima infuſione vel Extractione relictas* Easque cum ſ. q. *aquæ ſimplicis* coque ad remanentiam circiter ℔ij. colaturæ opt. clarificatæ adde *Sacchari albi Canar.* ℔iiiß. Coquantur ad conſiſtentiam ferè tabulati, cui junge aquam ſuperius deſtillatam & eſſentificatam, fiatque ſolâ diſſolutione ſacchari debitæ conſiſtentiæ ſyrupus, qui

In Aſthmate, Orthopnœa, Dyſpnœa, & ſimilibus pectoris affectibus catarrhoſis, & tuſſi antiqua proficuè adhibetur. *Vide corp. ph. p. 508. b.*

Syru-

Syrupus Aſthmaticus *Minſichti.*

℞. *Sacch. cand. alb.* ℔ j. *aq. loch. Sani* ℥viij. *Syr. depraſſio de glyc.* ana ℥iv. *cap. ven. de jujub.* ana ℥iij. *de hyſſ. de Succ. viol.* ana ℥ij. m. coq. ad conſiſt. Syr. *Vid. corp. ph. p.* 508. *b.*

Syrupus Aperitivus *Timæi.*

℞. *Rad. polyp. q.* ʒvj. *fœn. apii Cich. ſcorzon. rub. tinct. aſpar.* ana ℥ß. *herb. fumar.* mij. *cupat. agrim. cap. ven. cuſcut. cardb. beton. chamadr. chamæp.* ana mß. *ſummit. lupuli* m.j. *com. abs* mß. *cort. tamar. frax. rad. capp.* an. ʒvj. *fl. cent. min* mß. *borrag. bugl.* ana P. j. *Sem. aniſ.* ʒij. *fœnic. citri. petroſ.* ana ʒj. *paſſ. min.* ℥iij inciſ. & conquaſſ. aff. *aq. tartariſat.* ℔ ivß. *acet. ſcill.* ℔ ß. coq. ad reman. ℔ iiiß. col. adde *Sacch. alb.* q. ſ. F. Syrupus.

Syrupus Aſthmaticus *de Spina.*

℞. *Rad. enul,* ʒiij. *alth. liquirit.* ana ʒij. *herb. puleg. hyſſ. marrub. cap. ven.* ana mj. *Sem. fœnugr. lot. & conq. tritic.* ana ʒiij. *aniſ. fœn.* ana ʒij. *fl. malv. viol.* ana Pi. *fic. ping.* No. x. *paſſul. enucl.* paria x. bul. in *aq.* ℔ iß. adde *mell. deſpum.* ℥iij. *Sacch.* ℥ij. *Syr. liquirit.* ℥j. coq. & F. Syrupus.

Syrupus Berberum *P. A. R.*

℞. *Succi berber. depur.* ℔ ij. *Sacch.* ℔ iß. F. Syr. *Vid. corp. ph. p.* 493. *b.*

Syrupus Betonicæ comp. *P. A. R.*

℞. *Beton.* miij. *majoran.* miß. *thymi. roſ.* ana mj. *viol. Stach. ſalv.* ana mß. *Sem. fœn. aniſi ammioſ.* ana ℥ß. *rad. pæon. polyp. fœn.* ana ʒv. F. decoct. ex ℔ vj. *aqua* ad mediet adde *Succ. beton.* ℔ ij. *Sacch.* ℔ iij. F. Syr. *Vide corp. ph. p.* 470. *b.*

Syrupus Borraginis *P. A. R.*

℞. *Flor. borrag. rec.* ℔ vj. *aq. font. calent.* q. ſ. f. infuſ. p. h. 24. expr. & adde col. ℔ v. *Sacch.* ℔ iiß. coq. & F. Syr. *Vide corp. ph. p.* 476. *b.*

### Syrupus Botryos *Marggravii.*

℞. *Herb. botryos* miij. *eryſim. urt.* ana mij. *caul. rub. tuliſs.* ana miß. coq. in ſ. q. *aq.* col. adde *ſacch.* ℔iiß. coq. & F. Syr. in Tuſſi.

### Syrupus Botryos *Fiſcheri.*

℞. *Herb. botryos. rec.* mvj. *cap. ven. rec.* miij. *paſſ. cor.* ℔ß. *rad. glyc.* ℥iij. inciſ. & cont. inf. in *aq. botryoſ.* q. ſ. coq. expr. & adde *ſucc. botry.* ℥iij. *ſyr. viol.* ℥ij. *ſacch. alb.* q. ſ. coq. in ſyr. in Phthiſi uſurp. doſis ℥j.

### Syrupus Byzantinus ſimplex. *P. A. V.*

℞. *Succ. endiv. apii* ana ℔ij. *lupuli bugl.* ana ℔j. ferveant ſimul ac depurentur poſtea eor. ℔iv. cum *ſacch. clarif.* ℔iiß. lento igne in ſyr. coq. *Vid. corp. ph. p. 504. b*

### Syrupus Byzantinus comp. *P. A. V.*

℞. *Suc. endiv. apii* ana ℔ij. *lupul. bugl.* ana ℔j. in his coq. *roſ. r.* ℥ij. *glyc.* ℥ß. *ſpic. ind* ʒij *ſem. aniſ. fœn. apii* an. ʒiij. colat. adde *acet.* ℔ij. *ſacch. albiſſ.* ℔iij. coq. & F. S. *Vide corp. ph. p. 504. b.*

### Syrupus Cardiacus *Ph. Norimberg.*

℞. *Vin. gener.* ℔j. *aq. roſ.* ℥iiß. *cinam.* ʒj. *caryoph.* ʒß. *zingib.* ℈j. deſt. p. m. B. ℥iij. reſid. expreſſ. colatumq; coq. cum *ſacch.* ℥vj. addendo *moſch.* gr. jv. *ambr.* gr. ij. *Vid. corp. ph. p. 480. b.*

### Syrupus Cardiacus *D. V. S. th. H.*

℞. *Succi borrag. bugl.* ana ℔ß. *pom. dulc.* ℔j *meliſſ.* ℥ß. *gran. cherm.* ʒiij. inf. in his ſucc. & expr. dein adde *croc. or.* ʒſ *ſacch. albiſſ.* ℔ij. F. S. cui admiſce *Spec. diamarg. fr.* ʒß *diamoſch. d.* ℈ix. *Vid. corp. ph. p. 481. b*

### Syrupus Cardiacus *F. F. ex Schræd.*

℞. *Vin. alb. gener.* ℔ij. *aq. roſ.* ℥iiß. *cinam.* ʒß. *zing. caryoph.* ana ℈ij. ligent in petia & add. *ſacch.* ℥ivß. coq. ad conſiſt. Syr. adde *ambr. gryſ.* gr. iij. *moſch.* in ſind. gr. j. F. Syr. *Vid. corp. ph. p. 481. b*

### Syrupus carminativus le Mort.

℞. *Lign. Saſſafr.* ℥iß. *macis. nuc.* m. ana ʒij. *Sem. anis. fœn. carui* ana ℥iß. *herb. menth.* miij. *cort. aurant.* ℥ij. *Sem. leviſt.* ʒiß. cont. groſſ. mod. & inf. in ſ. q. *aq. fœn. menth.* ana leviter coq. in m. B. poſt macerat. 24. h. f. colat. quæ *Sacch. clari f.* & ad conſiſt. tabul. coct. ℔iv. permiſc. absque coctione Syrupo confecto adde *ol. cort aur. menth. carui fœn. anis. caryoph.* ana gut. ij. in Sacch. prius excepta & pulveriſata F. S.

### Syrupus de Caſſia lignea *Minſichti.*

℞. *Miv. cydon.* ℔j. coq. per ſe in leni calore, ad Spiſſitud. mellis poſtea immiſce *Tinct. de caſſ. lign.* n. q. ſ. ut mediocr. Syr. conſiſt. acquirat addendo *olæoſ. caſſ. lign.* ℥j. m. *Vide corp. ph. p. 479. b.*

### Syrupus Cauſodicus *P. A. R.*

℞. *Mell. clari f.* ℥xvj. *Succ. ſemperv. maj.* ℥iv. *cancr. fluv. phlegm. vitr.* ana ℥iiß. *acet. roſ.* ℥iij. coq. ſ. a. & F. Syr. in cauſo vel febre. ard. uſurp. *Vide corp. ph p. 493,*

### Syrupus cephalicus *Minſichti.*

℞. *Succ. depur. cardb. mille fol.* ana ℔j. *aq. lavend. beton.* ana ℔ß. *rad. caryophyllatæ pæon.* ana ℥j. *caſſ. lign. nuc. m. cubeb.* ana ℥iß. *herb. major. verben. roriſm. orig.* ana ʒiij. *fl. lil. conv. til. prim. ver. anthoſ. roſ. rub.* ana. ʒij. *Sem. fœn. lavend. Salv. pœn.* ana ʒiß. *lign. al. viſc. q. croc. or.* ana ʒj. coq. ad 3. p. conſ. col. clarif. addito *Sacch.* q. ſ. *ſpec. diam. d. diambr.* ana ʒj. *Vide corp. ph. p. 473. b.*

### Syrupus chalybeatus *Timæi.*

℞. *Chalyp. præp.* ℥iij. aff. *acet. acerr.* ad enim 4. digit. tranſv. ſt. in dig donec extrah. tinct. cui adde *Sacch.* q. ſ. coq. igne lento & F. Syr. vel oxyſaccharum.

### Syrupus de Betonica *Zvvelfferi.*

℞. *Succi Betonicæ recentis.* ℔iv. quibus immerge *herbæ Betonicæ minutim, inciſæ recentis* ℔j. Poſtea ℔j. ſucci

odorati,

odorati, vel ℥xv. per deſtillationem ex M. B. evoca, relictam infundo cucurbitæ Betonicam, unà cum ſucco fortiter exprime, expreſſum album, ovi clarifica, & cum *Sacchari albi* ℔ij. ad omnimodum tabulati conſiſtentiam percoque cui demum ſuccum perquam odoriferum deſtillatum adde, ſolaque diſſolutione confice Syrupum. *Vid. corp. ph. p.* 469. *b.*

## Syrupus de capillis *Veneris compoſitus P. A. V.*

℞. *Capillorum Veneris* ℥v. *Glycyrrhizæ* ℥ij. *Aſpleni* ſeu *Ceterach* manipulum unum. Macerentur in ℔ vj. aquæ horis viginti quatuor, deinde coquantur ad medietatis conſumtionem; Colaturæ addendo *Sacchari clarificati, Penidiorum, Aquæ Capillorum Veneris* ana ℥viij. Fiat Syrupus ſecundum artem. *Vid. corp. ph. p.* 509. *b.*

## Syrupus de Centaurio min. *Antefebrilis Zuvelfferi.*

℞. *Succi Centaurii min. recenter expreſſi & depurati* ℔iij. cui immergantur *Summit ſeu Florum Centaurii min.* recentium minutim inciſorum ℥x. Digerantur duabus vel tribus diebus, in loco bene calente, exprimantur dein flores, ſuccusque expreſſus debitè iterum clarificetur; cui addantur *Sacchari albi Can.* ℔ij. Coquantur ad conſiſtentiam Syrupi, ſervetur.

Eſt præſtans ad febres tertianas & quartanas abigendas, roborat ventriculum & viſcerum obſtructiones reſerat. doſis ℥ß. ad ℥j. in vehiculo convenienti. *Vid. corp. ph. p.* 498. *b.*

## Syrupus Ceraſorum acidorum *Zuvelff.*

℞. *Ceraſorum acidorum* ſufficientem quantitatem. Conquaſſentur in mortario lapideo *nucleis omnibus confractis*: his *addantur plures nuclei Ceraſorum* antea

aſſervati , ac etiam conquaſſati, *pro majori odoris impreſſione*, qui nucleis ſaltem debetur, non ſucco, & poſtquam aliquamdiu macerârint, exprimatur ſuccus, qui probè depuretur. *Hujus ſucci odore nucleorum beneimprægnati & depurati* accipe ℔ vj. *Sacchari albiſſimi* ℔ iv. Coquantur in vaſe terreo ad conſiſtentiam ferè Rob, Syrupo nimirum ordinario, multò craſſiorem, cui demum adde pro majori odoris atque grati ſaporis Ceraſorum impreſſione, ſequentis eſſentiæ vel aquæ deſtillatæ ſufficientem quantit. pro juſta ſyrupi conſiſtentia ſine ulteriori etiam coctione adipiſcenda; utpote:

℞. *Nucleorum Ceraſorum Perſicorum* ana ℥ij. *Cinamomi opt. acuti* ℥iß. *Caryophyllorum* ℥ß. His minutim conquaſſatis affunde *Aqua Ceraſorum* ſine additione ſtil. ℔ iß. Et poſt unius diei digeſtionem denuò in alembico vitreo per arenam abſtrahatur ad ſiccitatem; Aqua hæc prolecta Syrupo ſuperiori impondere competenti admiſceatur: fietque ſic Syrupus gratiſſimus ſapore, odore ac virtutibus condialibus & confortantibus, qui in febribus tertianis ardentibus, continuis, ac intermittentibus, item in Hungaricis, ubi caput præcipuè laborat, ſummo eſt emolumento, ex quo Julapia confici, & infirmis ſalubriter exhiberi poſſunt. *Vide corp. ph. p. 494. b.*

Syrupus de chamæm. *Ph. Norimb.*

℞. *Rad. liquirit alth. malv.* ana ℥v. *Saxifr. petroſ.* ana ℥ß. *chamæm. odoratiſſ.* ℥iß. *fl. malv. alth.* ana ℥ß. *bacc. junip. aſpar.* ana ℥iß. coq. in ſ. q. *aq. font.* col. adde *Sacch.* ℔ iij. *ſpirit. chamæm.* ℥ß. F. Syr. *vide corp. ph. p. 529. b.*

Syrupus Diacitri roſatus *Minſichti*,

℞. *Succ. citri & limon.* per pannum aut filtrum ſine ulla vi aut expr. deſtill. & cum pulv. roſ. rub. prius rubini inſtar.

inſtar. tinct. ana ℔ j. *rob. herb. ribium.* ana ℥viij. *ſyr. de agreſta oxyſacch. rub. idæi fragor.* ana ℥iv. *aq. cinam. bugloſſ.* in qua *Spec. diarrh. alb. infuſ.* fuer. ℥ij. *nitri. præp.* ℥iß. m. coq. ſ. a. in Syr. *Vide corp. ph. p.* 495. *b.*

Syrupus corallorum rubror. *Minſ.*

℞. *Tinct. roſ. rub. cum aq. è Succ. cich. cum tot a pl. deſt.* ℥x. *Sal. cor. rub.* ʒß. m. ſolut & filtratis adde *Sacch. albiß.* ℔j. *Succ. berb. expr. ribium* ana ℥iv. m & F. Syr. *Vide cor. ph. p.* 486. *b.*

Syrupus corallorum *Compoſit.*

℞. *Cor. rub. Subtil. lævigat.* ℥iv, *Succ. lim. depur.* ℥xij. *acet. quercin.* ℥vj. *dig. in B. p.* 8. *d.* quotidie vas bis vel ter agitand. dein. filtr. p. ch. ſolut col. ℥x. adde *Succ. berb. depur.* ʒv. *tinct. roſ.* ℥iv. *Sacch. alb.* ℔ ß. med. coct. bl. f. Syr. inter coq. in f. nodulus continens *Sant. citr.* ʒij. *lign. al.* ʒj. *ambr. gryſ.* gr. xv. *moſchi.* gr. iv. *Vide corp. ph. p.* 486. *b.*

Syrupus corallorum refrigerans *Zvv.*

℞. *Succ. granat. acid. rec. expr. & depur.* ℔j. *cort. lim. rec.* ℥iß. *gran. Kerm. integr.* ʒij. facta macerat. die una vel altera f. colat. & filtr. vel clarificatio in quo diſſ. *magiſt. n. ſolubil. cor. rub. cum ſp. noſtr. ven. parat.* ℥ij additisque porro *Sacch. alb. canar.* ℥xx. F. l. a. Syr. *Vide corp. ph. p.* 486. *b.*

Syrupus cordialis *Minſichti.*

℞. *Cinam acut.* ℥ij. *rad. bugl.* ℥j *Flor. roſ rubr. borrag. meliſſ. viol.* ana ℥ß. *cardam. min. nuc. m. lign. al.* ana ʒij. *croc. or. macis.* ana ʒj. contuſ. macer. in *vin. odorif.* ℔ iij. dein in vaſe dupl. coq. ad ℔ conſumt. colat. ℔ ij. adde *ſacch.* ℔ iß. coq. & circa finem adde *aq. cord. n. utr.* ana ℥iv. F. l. a. Syr. *Vide corp. ph. p.* 480. *b.*

Syrupus de Cichorio ſimplex *Zvvelfferi.*

℞. *Succi Cichorii ſylveſtris recenter expreſſi* & depurati ℔ iv. In quo ſucco ebulliant, & quidem ad conſumptionem tertiæ partis, *Rad. Cichorii ſylveſtris recent.*

& mundat. ℥xij. vel xv. Colaturâ pòſt iterum clarificatâ additis *Sacchari albi* ℔ iiß. coquantur ad conſiſtentiam Syrupi, qui ſervetur.

Ad hepatis & ventriculi intemperiem calidam contemperandam, eaque viſcera confortanda perutilis ſyrupus. Febricitantibus auxiliatur, ac bilis acrimoniam compeſcit, porrectus in juſculis alterantibus, ab ℥j. ad ℥iß. *Vide corp. ph. p* 495. *b.*

## Syrupus Cinnamomi, *paratu facilior, Zvvelfferi.*

℞. *Cinnamomi longi acutiſſimi* ℥vj. Quod cum conſciſſum minutim & cucurbitæ vitreæ immiſſum fuerit, ſuperaffunde: *aquæ Cinnamomi cum vino antea deſtillatæ* ℔ ij. Factâ digeſtione brevi, fiat aquæ affuſæ deſtill atio & abſtractio, cui abſtractæ aquæ denuò immerge *Cinnamomi acuti* ℥iij. Macerentur in vitro arctè clauſo per triduum, factâ poſt colaturâ filtrentur eſſentiæ, additisque *Sacch. Can. alb.* ℔ iiiß. conficiatur ſolâ ſacchari diſſolutione ſyrupus, nativis Cinnamomi virtutibus ad ubertatem imbutus: itaq; ad cordis & totius corporis vires fulciendas & reſtaurandas præſtans eſt, Ventriculum langvidum à frigore reficit, ſpiritusque vitales reficit, vino ſi permiſcetur, illud gratiſſimum reddit; in doſi error facilè committi nequit. *Vid. corp. ph. p.* 477. *b.*

## Syrupus Coralliorum Quercetani *P. A. R.*

℞. *Corallia rubicundiſſima & elegantiſſima* ℔ß. *Succi Berberum perfectæ maturitatis depurati*, ut materiam quatuor digitos ſupereminеat, digerantur in calore Balnei vaporoſi, vel alio moderato pet triduum, vel quousque Corallia bullulas emittunt, dein quod diſſolutum eſt, per inclinationem ſeparetur, & *recentem Coralliis relictis ſuccum depuratum rurſus adfundendo*, tantiſper id reiteretur, usque dum tota ſoluta

ſoluta videantur. Pro hujus ſucci Corallina eſſentia imprægnati, ℔ ij. ſumatur Sacchari Cantii albi ℔ j. lentâ in M. B. evaporatione redigantur in formam Syrupi.

Hic Syrupus facit ad omnes affectus ab hepatis vitio ſcaturientes confert omnibus fluxionibus hepaticis, dyſentericis & lientericis *Vide corp. p.* 489 *b.*

## Syrupus Coralliorum *Zvvelff.*

℞. *Coralliorum rubicundiſſimorum* ana ℔ ß. Diſſolvantur totaliter in ſ. q. *aceti deſtillati*, ſolutio filtretur, & ad ſiccitatem per M. B. abſtrahatur, atque inſipidum prodibit phlegma, remanente infundo cucurbitæ ſolutione ſicca, ſive ſale coralliorum albicante, majoris ponderis, quàm antea erant ipſa corallia, ob ſalem acidum aceti, qui arrepto corpore (coralliis ſcilicet) ipſi indiſſolubili nexu ſe aſſociavit; Et fruſtra laborant, qui ſolutiones illas, ſive ſales per re iteratas aquarum ſtillatitiarum affuſiones & abſtractiones edulcorare tentant; quam nullo modo amittunt, niſi deſtruxeris totam, traditâ ſolutione igne violento. Hujus *Salis ſive ſolutionis ſiccæ Coralliorum* nunc pro libitu Medici ℥ij vel ℥iij. accipi, & cum *ſucci Berberum recentis clari* ℥viij. diſſolvi, additaque Sacchari albiſſimi librâ unâ ſolâ digeſtione & diſſolutione in Syrupum juſtæ conſiſtentiæ ori & oculis gratum redigi poſſunt. *Vid. corp. ph. p.* 486. *b.*

## Syrupus Cordialis Gemmatus *Zvvelfferi calefaciens.*

℞. *Cort. recent. Citri, vel Limon. extim.* ℥iij. *Arantiorum ext.* ℥ij. *flor. recent. Roſarum damaſcen.* ℥iv. *Tunicæ.* ℥ij. Quibus minutim conciſis, & cucurbitæ vitreæ immiſſis ſuper affundantur *Vini veteris albi vel Malvatici*, libræ quatuor. Factaque brevi digeſtione, abſtrahantur deſtillando per arenam, vel baln. m. va-

poroſum, libræ duæ, aquæ verò huic prolectæ fraganti porrò immerge *Cort. Arant recent. & extim.* ℥j. *Citri recent. extim.* ℥iß. *flor. recent. Tunica, rubr.* ℥j. & ſi in promptu ſunt, aut haberi poſſunt: *flor. recent. Arantiorum* ℥ ſex. *Sem. ſeu Gran. Kermes* legit. & integrorum ℥ij. Macerentur una alterave die, tum fiat Colatura, nunc *accipe hujus aquæ odoriferæ rubræ & eſſentificatæ* libras duas, ac in ea diſſolve; *Magiſt. n. ſolubilium*, utpote *Coralliorum rubr.* ℥j. *Perlarum oriental.* ℥ß. *Matris Perlarum* ℥j. His ſolutis ſuper adde *Sacchari Canar. albiſſ.* libras tres, ac ſola ejus diſſolutione, ſine ulla ebullitione Syrupus conficiatur, Cor, Vitales ſpiritus, ac animales inſigniter roborans & creans. *Vide corp. ph. p.* 486. *b.*

## Syrupus Corticum Aurantiorum *Zvvelfferi.*

℞. *Cort. Aurantior. recentium & extim.* conciſorumque ℔j. Quibus cucurbitæ vitreæ immiſſis ſuper infundatur *Aquæ ſimplicis* vel, (quod melius eſſet,) *Vini generoſi*, aut etiam *aquæ florum arantiorum* ℔iß. Et poſt unius alteriusve diei digeſtionem, fiat abſtractio in M. B. juncturis optimè clauſis, ferè usque ad ſiccitatem corticum, aquâ ſpirituoſâ odoriferâ prolectâ interim aſſervatâ; Cortices in cucurbita reſidui cum libris duabus vel tribus aquæ ſimplicis; ad remanentiam libræ unius coquantur, decoctum colatum: etſi opus, clarificatum *cum Sacchari* libris duabus, Denuò coquatur ad conſiſtentiam tabulati, cui, extracto corticum, imprægnare, ſuperioris ſpirituoſæ prolectæ aquæ ſ. q. addatur, ac unica ebullitione, vel ſolâ diſſolutione paretur juſtæ conſiſtentiæ Syrupus. *Vid. corp ph. p.* 529. *b.*

## Syrupus de Corticibus Citri *P. A. R.*

℞. *Corticum citri recentium & & extimorum* uncias ſex,

*Gra-*

*Granorum tinctorum* ſeu *Chermes* ℥ij. *Vini albi Neccarici fortiſſimi* libram unam Macerentur loco calido, vaſe bene tecto, per viginti quatuor horas; poſtea vinum decantetur & filtretur, atque cum *Sacchari clarificati ultra conſiſtentiam tabellarum cocti*, ſufficiente quantitate permiſceatur, addendo Moſchi Or. grana ſex in particula vini hujus Citr. ſoluti & filtrati. Fiat Syrupus.

Cor & ventriculum roborat, corruptos ſtomachi humores obtundit, anhelitus graveolentiam abigit, peſtilentibus venenatiſque morbis reſiſtit, cordis palpitationi mœſtitiamque diſcutit. *Vid. corp. ph. p. 530 b.*

## Syrupus Corticum Citri. *Zwelff.*

℞. *Cortic. citri recent. extim.* ℥vj. Quibus contuſis & cucurbitæ vitreæ immiſſis ſuper affunde *Vini albi generoſi*, ſive quod melius, *Vini Malvatici* libram unam ſemis. Et factâ brevi digeſtione abſtrahantur deſtillando ſive in Balneo, ſive in arena ℥x. circiter, roſtro capitelli immiſſis, & in petia ligatis: *Granor. Kermes legit* in ℥ß. *Moſchi orientalis* granis aliquot, *Ambræ* etiam, ſi lubet, granis quinque. Liquori egreſſo ſummè odorifero & fragranti injiciantur eorundem *Corticum Citri recent. extim.* ℥iij. Ac poſt brevem digeſtionem, ab iisdem colaturâ liquor ſeparetur, quo interim pretioſo & fragrante liquore aſſervato, accipe reſiduoſa deſtillatione & extractione cortices, eousque ſ. q. aquæ ſimplicis affusâ parumper coque, decoctum cola clarificia, & cum *Sacchari albiſſimi* libra una ad conſiſtentiam tabulati denuò percoque, cui tandem adde ſuperioris aſſervati fragrantis & pretioſi liquoris ℥vij. vel octo circiter. Ac ſolâ ſacchari diſſolutione confice Syrupum præſtantem. *Vide Corp. ph. p. 530. b.*

## Syrupus Diacodii ſeu de ſiliquis.

℞. *cap. pap. alb.* ſine ſem. No. xx. *ſiliq. dulc. ſine*

*gran.* ℥iij. *rad. alth. glyc.* aua ℥ij.coq.in ſ. q. *aq.* col. expr. adde *Sacch. cand. rub.* ℔ .iß. coq. in Syr.

### Syrupus Duarum Radicum *P. AR.*

℞. *Rad. petroſ. fœn.* ana ℥iv. *aq.* ℔ iv. coq. ad conſ. med. col. expr. adde *Sacch. alb.* ℔ ij. clarif. & F. Syr. *Vide corp. ph. p.* 505. *b.*

### Syrupus Dyſentericus *Zvvelfferi.*

℞. *Rad. biſt. torm.* ana ℥j. *cich. Sylv.* ℥iß. *pimp. Scorz. Sanicul. irid. fl. liquir.* ana ℥j. *galang.* ʒvj. *herb. rec. conſol. Saracen. millef. ſanguiſorbæ pyrolæ hed. terr.* ana ℥ij. *fl. roſ. rub.* ℥iß. *balauſt. pap. err.* ana. ℥j *fr. acat.* ℥iß. *cap. pap. alb. c. Sem.* novi *bacc. myrti.* ℥j. *ſant. rub.* ʒvj. *cort. aurant. citri* ana ℥j. *nuc. m. expr. ab ol. relict.* ʒvj. cont. coq. in ſ. q. *aq.* repetit. vicib. affuſæ quousq; tota virtus ſit extr. colat. alb. ov. clari f. evaporent ad reman. ℔ ij. adde *Succ. cydon.* ℔ iß. *ſacch. can. alb.* ℔ .iij. *Vide corp. ph. p.* 488. *b.*

### Syrupus Epilepticus *Quercetani.*

℞. *Rad. pœon. viſc. q.* ana ℥ß. *cinam.* ʒij. *flor. calend. lil. conv. tiliæ lavend.* ana P. j. *roſ. rub.* P. ij. fiat extr. cum *ſp. jun. vel ſp. vin.* ad emin. 4. dig. decantetur tinct. ʒx. adde *ſacch. cand.* ℥iv. m. & accendantur flagrenturque continuo agitando donec ſyr. ſit ſatis coctus. *Vide corp. ph. p.* 474. *b.*

### Syrupus Eupatorii *Zvvelfferi.*

℞. *Rad. apii fœn. endiv.* ana ℥ij. *glyc. herb. ſchœn. cuſcut. abſ. roſ.* ana ʒvj. *cap. ven. cardb. eryng. fl. bugl. ſem. aniſ. fœn. eupat. rhab. maſt.* ana ℥iij. *ſpic. ind. aſar. ſpic. rom.* ana ʒij. *aq. font.* ℔ viij. coq. ad 3. p. conſ. expr. adde *ſucc. apii* ℔ ij. *endiv.* ℔ j. *ſacch.* ℔ iv. F. Syr.

### Syrupus de Eryſimo Lobelii *P. A. R.*

℞. *Eryſimi totius recentis* manipulos ſex, *Radicum Helenii, Tuſſilaginis* ana ℥ij. *Herb. Borraginis, Cichorii,*

*Capil-*

*Capillorum Veneris* ana manipulum unum ſem. *Florum Cordialium* , *Anthos*, *ſtœchadis* ana manipulum ſem. *Seminis Aniſi* ʒvj. *Paſſularum mundatorum* ℥ij. Inciſa & contuſa coquantur in *Aquæ hordei, hydromelitis* an. libris quatuor, *Succi Irionis* ℥vj. ad remanentiam librarum trium in expreſſo liquore diſſolvantur *Sacchari albi* lib. ij. F. l. a. Syrupus.

Vires ejus ſunt pectorales, & magnoperè in primis in raucedine commendantur. *Vide corp. ph. p. 509. b.*

## Syrupus de Farfara ſive de Liquiritia Ph. *Vltrajectin.*

℞. *Radicum Liquiritiæ* ℥iiij. *Herb. Farfaræ* m. vj. *Capiller. vener.* ℥j. *Hyſſopi* ʒß. *Macerentur* horis viginti quatuor in ſ. q. aquæ fontanæ, deinde coquantur ad conſumtionem partis dimidiæ, colaturæ adde *Mellis optimi, Sacchari albi* an. ℔iß. Percoquantur ſ. a. in Syrupum.

## Syrupus Flor. Aurant. *P. A. R.*

℞. *Florum Aurantiorum recenti* ℔j. Infundantur in 🜄æ *fontanæ calentis* ℔ij. horis 24. tum rejectis prioribus floribus, cum totidem novis infuſio reiéretur, idque trinâ vice, tandem colatura depurata cum Sacchari albiſſ. clarificati & ultra tabellarum conſiſtentiam cocti ſuff. quant. redigitur in ſyrupum.

Qui cor ac Cerebrum recreat, præterea ſudores movet; & vi alexipharmaca gaudet. *Vid. corp. ph. p. 475. b.*

## Syrupus Flor. Aurantiorum *Zvvelff.*

℞. *Florum Aurantiorum recentium* ℔iß. Humectentur integri non contuſi una cum altera uncia *vini albi*, *vel aquæ Roſarum aut cort. Aurantiorum*, & in M. B. deſtillentur, Aquæ primo egredientes aſſerventur ℥vij. vel ℥viij. reliqua vel ſecunda etiam ſeorſim ſervetur

vetur. Floribus in fundo remanentibus de novo af-
fundantur ℔ij. aquæ ſimplicis ferventis , & rema-
nentiam libræ unius , leniter coquantur , decoctum
expreſſum & clarificatum cum *Sacchari albi* ℔j De-
nuò coquatur ad conſiſtentiam Tabulati , cui adde
aquæ fragrantioris prius à floribus deſtillatæ ℥vij. cir-
citer.

Fiatque in M. B. ſolâ diſſolutione ſacchari ſyrupus,
Aqua ſuperflua deſtillata trahatur in uſum , una cum
Syrupo. *Vide corp. ph. p. 475. b.*

## Syrupus Gemmatus Cordialis refrigerans *Zvvelfferi.*

℞. *Succi Granatorum acidorũ recenter expreſſi , Succi po-
morum redolent.* recenter quoque expreſſi, *Succi Ci-
tri ſeu Limonior.* jam etiam expreſſi ana ℥viij. In his
ſuccis digeruntur *Cort. Citri ſeu Limon. recent. ext.*
℥ij. *Arant. recent. & extim.* ℥j. *Flor. Tunicæ recent.
rubr.* ℥iß. *Buglosſi recent.* ℥ß. *Granor. Kermes legitim.*
integr. non contuſor. ʒij. Et facta digeſtione die u-
nâ vel altera in calore leni, vitro opt. clauſo, coletur,
in colatis & bene clarificatis ſuccis diſſolve : *Magiſt.
n. ſolubil. Coralliorum* ℥j. *Perlarum Oriental.* ℥ß. *Ma-
tris Perlar.* ℥j. His ſolutis ſuperadde *Sacchari Can. al-
bi* ℔ iij. Ac ſolâ Sacchari diſſollutione ſine coctione
fiat ſyrupus cordialis efficaciſſimus, qui in febribus
ardentibus malignis, Peſtilentialibus , imò in peſte
ipſa ſummè ſalutaris eſt , cordisque palpitationi re-
ſiſtit ; exhibendus per ſe, ob gratiam ſui ſaporis, ſive
in vehiculis appropriatis ab ʒß. ad ʒj. *Vide corp. ph.
p. 479. b.*

## Syrupus de Glycyrrhiza *Pectoralis Zvvelfferi.*

℞. *Rad. Liquiritiæ raſæ* ℥ij. *Tusſilaginis recentium Enulæ
campanæ, Ireos florent.* ana ℥iß. *Herb. recent. Hyſſopi ,
Hederæ terreſtris, Millefolii, Scabioſæ, Veronicæ , Pul-
mon. maculoſæ,* ana ℥ij. *Flor. Papav. errat. recent.* ℥iß.

Da-

*Dactylorum* num. xv. *Jujubarum* num. xxv. Quæ cuncta inciſa & contuſa coquantur in ſ. q. *aquæ ſimplicis* repetitis vicibus affuſæ, ad omnium virtutum prolectionem, colaturæ junctim clarificatæ & ad ℔ ij. circiter coquendo abſtractæ, additisque *Sacchari. albiſſ. Can.* ℔ iij. vel loco hujus ſi lubet, *Mellis opt. puriſſimi* ℔ iv. (quia majorem vim abſtergendi mel obtinet, adeoque in exulcerationibus pectoris ſive vomica pulmonum, ſive phthiſis ipſa ſit, mel pro ſaccharo eligendum foret) coquantur porrò ad debitam Syrupi ad conſiſtentiam, cui Eſſent, vel Spiritus Aniſi ʒj. vel ij. admiſcenda.

Præſtat in affectibus pectoris, ſive ex catarrho ſive ex ulceratione aliqua ortum duxerint, adeoque in phthiſi ipſa, Vomica pulmonum, Tuſſi, ſputo etiam cruento cum emolumento adhibetur. *Vid. corp. ph. p.* 510. *b.*

## Syrupus de Clycyrrhiza *Meſuæ P. A. R.*

℞. *Glycirrhizæ* ʒij. *Capillorum Veneris* ʒj. *Hyſſopi* ʒß. *Aquæ* ℔ iv. Species prædictæ in aqua prius fervefacta horis viginti quatuor macerentur, deinde decoquantur ad dimidias: colaturæ addendo: *Mellis deſpumati* ʒviij. *Sacchari albi* ʒxvj. *Aquæ Roſarum* ʒvj. Fiat ſyrupus ſecundum artem.

Thoracem & pulmones expurgat, diuturnæ itemve ſiccæ tuſſi, ac Pleuritidi opem fert, aperit, tergit, aſperam arteriam & partes Spiritales lenit, easque ad materiam expectorandam confirmat. V*ide corp. ph. p.* 510. *b.*

## Syrupus de Hedera terreſtri *Zvvelfferi.*

℞. *Aquæ hederæ terreſtris* ſine additione ex Baln. n. vaporoſo ſtill. ℔ ij. Huic immerge *Herb. recent. hederæ. terreſtr.* conſciſſæ minutim ʒviij. vel x. Paracta digeſtione duarum dierum circiter fiat colatura cum expreſſione, expreſſum probe clarificetur, interimq;

aſſervetur

aſſervetur. Conduceret tamen, ſi hæ eſſentiæ aut aquæ eſſentificatæ ſimiles Syrupis deſtinandæ, in alembico vitreo clarificarentur, appoſito capitello, quo id, quod ſummè ſpirituoſum eſt, & levi ignis pulſu præprimis exhalat, excipiatur. Licet verò paucis pro clarificatione cum album ovorum opus ſit ebullitionib⁹, nihilominùs, ne quicquam virtutes inaniter ad auras pellatur, huic labori non erit parcendum. Tum verò:

℞. *Succi hederæ terreſtris recenter expreſſi & depurati* ℔. ij. *Sacchari albiſſ. Canar.* ℔iij. Coquantur ad conſiſtentiam quaſi tabulati, addendo tandem Eſſentiæ ſuperius aſſervatæ, q. ſ. pro ſyrupi conſiſtentia adipiſcenda debita, ſolâ veluti ſacchari diſſolutione, aut unica ſaltem ebullitione.

Commendatur ad affectus pectoris, cruenta & ſanioſa ſputa, Phthiſin, & Apoſtemata purulenta, menſes & urinas movet, ſive per ſe ſumptus, ſive in juſculis gratis & appropriatis, ab ℥j. ad ℥iß. *Vide corp. ph. p.* 512. *b.*

## Syrupus de Hedera terreſtri *Norimberg.*

℞. *Hed. terr. hyſſ. veron. pulm. meliſſ.* ana ℥ß. *vin. opt.* ℔. iiß. inf. p. al. h. adde *ſacch. alb.* ℔j. f. l. a. Syr. *Vid. corp. ph. p.* 511. *b.*

## Syrupus Anti-Hecticus *Riverii.*

℞. *Teſt. lacuſtr. aut fluv.* in fruſta diſſ. ℔ij. *cancr. fluv. vir. confract.* ℔iß. *ſem. 4. fr. maj.* ℥iv. *limac. per med. ſect.* mij. *ſucci veron. mar. melon.* ana ℔j. *vin. alb.* ℔. vj. *ſucci nicot.* ℔iij. *uv. cor. paſſul.* ana q. ſ. dig. p. 2. d. dein. deſt. ex ciner. adde *ſacch.* ℔. jv. F. S. uſus temp. adde *lact. ſulph. perl.* ana gutt. vij. *Vid. corp. ph. p.* 511. *b*

## Syrupus Hydragogus *Zvvelfferi.*

℞. *Succi ad Iridis noſtr. cœrul. depurati* ℔. iv. *Rad. Sambuc.* vel decocti earum fortis ℔iß. Quibus mixtis im-

immerge ſequentia inciſa & contuſa, nimirum: *Rad. recent. Ebuli* ℥iv. *Enulæ* ℥ij. *Cal. arom.* ℥iß. *Cort. med. Samb. rec.* ℥ij. *Medul. Samb.* ℥j. *Bacc. Juniperi* ℥iß. *Alkekengi, Sem. Bardanæ maj. Naſturtii, Urticæ* ana ʒj. Factâ digeſtione brevi coquantur ad remanentiam ℔iß. coletur & exprimantur ſpecies, colaturæ clarificatæ adde Sacchari albiſſimi ℔iij. Et denuò coquendo ad juſtam conſiſtentiam ſyrupus efficiatur. Qui præſtans eſt in hydropica diſpoſitione & cachexia, educit ſeroſam humiditatem per urinam, quandoque per alvum, ſumptus ab ℥j. ad ℥ij.

## Syrupus de Hyſſopo *Meſuæ P. A. R.*

℞. *Hyſſopi, rad. Apii, Fœniculi, Petroſelini, Glycyrrhizæ* ana ʒx. *Hordei mundi* ℥ß. *Tragacanthi, ſem. Malvæ, Cydoniorum* ana ʒiij. *Capillorum Veneris* ana ʒvj. *Jujubarum Sebeſten* ana No. xxx. *Uvarum paſſarum majorum*, ab arillis liberatarum ℥iß. *Caricarum dactylorum pinguium* ana No. x. *Aquæ* ℔ viij. Coquantur ad liberarum quinque conſumptionẽ. Expreſſum cum *Sacchari albi* ℔ij. in Syrupum ex arte percoquatur. Utimur eo in morbis Thoracis, invaleſcentibus & frigida craſſa, & lenta materia natis, ubi attenuatione deterſione, ac expurgatione majore opus eſt. *Vide Corp. ph. p. 512. b.*

## Syrupus de Hyſſopo *Zuvelfferi.*

℞. *Succi Hyſſopi depurati* ℔ij. Cui immergantur; *radic. recent. Apii, Fœniculi, Petroſelini.* ana ℥ij. *Glycyrrhizæ* ana ℥ß. *Herb. recent. Hyſſopi* ʒiv. *Capillor. Veneris* ʒj. Factaque brevi digeſtione abſtrahatur deſtillando in Balneo ℔iß. circiter; liquori expreſſo denuò *Hyſſopi recentis* ℥vj immergantur; ac digeſtione brevi peractâ liquor per colaturam & expreſſionem ſeparetur, interimque aſſervetur. Hinc reſiduum à deſtillatione & ultima expreſſione affuſâ ſ. q. aquæ

ſimpl.

ſimpl. coquatur: Decoctum pòſt expreſſum, & album ovorum ſtudioſè clarificatum, cum *Sacchari alb.* ℔ij. ad conſiſtentiam tabulati penitus evaporet, cui demùm junge liquorem ſuperius aſſervatum, pondere competente, ℔j. vel ℥iv. circiter; ac ſolâ diſſolutione ſacchari confice Syrupum: *Vide corp. ph. p.* 512. *b.*

## Syrupus de jujubis *Ph. Nor.*

℞. *Jujubarum* no. 6. *Violarum Sem. Malvæ*, an. ℥v. *Capillor. Veneris, Hordei mundi, Liquiritiæ* an. ℥j. *Tragacanthæ* ℥iij. *Aq. font.* ℔iv. *Sacchari* ℔ij. Semine Malvæ & Tragacantha in petia ligatis coquantur ſ. a. in Syrupum. *Vide corp. ph. p.* 513. *b.*

## Syrupus Maſtichinus Stomachalis *Zvvelff.*

℞. *Aquæ Maſtichinæ ſtomachicæ noſtr.* in claſſe xv. deſcriptæ libram unam; cui adde *Sacchari albi. Can.* unicas viginti.

Ac ſolâ ejuſdem diſſolutione, leniſſimo in calore, fiat Syrupus gratiſſimus, Ventriculo & Cerebro roborando in affectibus eorum frigidis efficax. Doſis eſt ℥ß. ad ℥iß. *V. de corp. ph. p.* 531. *b.*

## Syrupus de Mentha Stomachalis *Zvvelff.*

℞. *Menthæ recentis odorif.* libras quatuor vel quinque. *Cinamomi acuti* ℥iß. *Nuc. Moſchatar.* ℥vj. *Macis* ℥ij. Deſtillentur ſine ulla alia additione, aut liquoris cujuſdam affuſione in Baln. n. vaporoſo, ad omnem humiditatis prolectionem, ſiccitatemque ſpecierum, liquori egreſſo denuò immerge ſequentia ſaltem inciſa; utpote *Cinamomi acuti* ℥j. *Nuc. Moſchat.* ℥ß. *Galangæ*, *Calami Aromatici* an. ℥ij. *Maſtichis electæ* ℥ij. Triduana maceratione circiter peractâ, fiat colatura; Eſſentia colata purificetur vel per filtrum, aut clarificatione in alembico inſtituta qua eſſentia interim aſſervata accipe *Sacchari albi* libras iij. Solvatur

vatur cum *ſucci Menthæ recenter expreſſi & depurati* libra una ſemis, coquantur ad conſiſtentiam ferè tabulati, *cui junge Aquam ſuperiorem eſſentificatam fragrantem* in quantitate competenti reſpectu ſacchari. Ac ſolâ diſſolutione veluti ſacchari conficiatur juſtæ conſiſtentiæ Syrupus, qui præſtans eſt in roborando ſtomacho, Nauſeam vomitusque ſpontaneos compeſcit, aliisque morbis ventriculi, à cauſa frigida natis medetur, porrectus in vehiculis convenientibus, ùtpote vino Cydoniorum vel Granatorum, ab ℥j. ad ℥ß. *Vide corp. ph p. 532. b.*

## Syrupus Maſtichinus *Fiſcheri.*

℞. *Maſt. alb. el.* ℥iij. *aq. menth.* ℥viij. *roſ.* ℥vj. *vin. alb.* ℥ij. coq. cum *ſacch. alb.* ℔. j. F. Syr.

## Syrupus de Mentha major. *P. A. V.*

℞. *Succ. cydon.* acido-dulc. *granator.* acido-dulc. ana ℔iß. in his macera p. 24. h. *menth. ſicc.* ℔iß. *roſ. rub.* ℥ij. coq. lento igne ad dimid. & poſt col. adde *ſacch.* ℔ij. in fine aromatiſetur *gall. moſch. veræ* ℥iij. F. Syr. *Vide corp. ph. p. 532. b.*

## Syrupus Myrtillorum *Phar. Nor.*

℞. *Baccarum Myrtillorum recent.* ℥iiß. *Santali albi, rubri, Sem. Sumach. Flor. Balauſtiorum Roſarum rubr. Berberum* an. ʒxv. *Meſpilorum* ℥vj. ʒij. Coquantur in aquæ fontanæ ℔ viij. ad conſumptionem medietatis, & colaturæ addantur. *Succi Granatorum acetoſorum, Cydoniorum* an. ℥vj. *Sacchari* ℔iij. Fiat ſ. a. Syrupus. *Vide corp. ph. p. 489. b.*

## Syrupus myrtinus comp. *P. A. R.*

℞. *Bacc. myrti* ʒxx. *roſ. rub. ſantal. alb. rub. ſumach. balauſt. berber.* ana ʒxv. *meſpilor.* ʒ. 50. *ſucc. pom. agreſtium cydon.* ana ℔ß. coq. cum *aq.* ℔viij. ad med. col. & cum *ſacch.* ℔iij. F. ſ. a. Syr. *Vid. corp. ph. p. 489. b.*

## Syrupus Nephriticus *Minſichti.*

℞. *Aq. antinephr. noſtr. lithontript.* ana ℥x. *ſal. lap. perc. lap. cancr.* ana ℥ß. m. & ſolut. adde *fl. malv. arb. rub. rec. exſicc.* q. ſ. diger. p. aliq. d. dum perfectè tingantur poſtea cum *ſacch. alb.* ℔. ij. coq. Syrupus. *Vid. corp. ph. p. 522. b.*

## Syrupus Nephriticus aut contra calculum *Zvvelff.*

℞. *Rad. recent. Apii* ℥j. *Petroſel* ℥iij. *Ononidis, Pimpinellæ,* an. ℥iß. *Calami aromat. liquirit,* an. ℥j. *Rad. aſparagi recent.* ℥iv. *Herb. recent. Naſturtii hortenſ. Petroſelini, Rutæ murariæ,* an ℥iij. *Bacc. Juniperi* ℥iß. *Alkekengi* ℥j *Sem. Naſturtii, Urticæ,* an. ℥ß. *Saxifragia, Dauci, Thlaſpios, carvi* an. ʒvj. Inciſa & contuſa coquantur in ſ. q. aquæ ſimplicis (*vel in aqua Betulæ*, ſi haberi poſſit ſcil. quæ temporis veris ex arbore Betulæ ſauciata ſponte effluxit,) ad remanentiam librarum duarum, colatura cum expreſſione facta probè clarificetur, cui adde *Succi Raphani hortenſis* radulâ comminuti, *recenter. expr. & depurati* libram unam, *Sacchari Canarii albi* libras iij. Et ad conſiſtentiam debitam Syrupi denuò coquantur. Vires habet eximias in cienda urina, exturbando calculo & ſabulo, cum Renum, tum veſicæ, Renes, meatus urinarios, tùm etiam veſicam mundificat, calculi propagines, ipſas arenulas exturbando, velut in herba ſeminium præcidit ſuppoſito, quod ejus uſus continuato vigeat, exhibendo pro doſi ℥j. ad ℥iß. in decocto Cicerum & Petroſelini.

## Syrupus de Nymphæa *Zvvelff.*

℞. *Deſtilletur ex floribus Nymphææ albis aqua ſine ulla additione,* ex baln. noſtro vaporoſo; hujꝰ aquæ deſtillatæ libris duabus ſemis immerge *florum recentium Nymphææ* libram ſemis. Facta digeſtione per biduum,

um, aqua à floribus, colatura ſeparetur, ac probè clarificetur, qua interim aſſervata, fiat è *Florum Nymphææ recent.* libra una & aquæ communis ferventis libris quatuor, *infuſio*, ac unius diei circiter maceratio, quâ peractâ, colatura etiam & florum expreſſio. Huic porrò aquæ fervefactæ prius denuò immergatur *Florum Nymphaa recent.* libra ſemis vel una, peractaque digeſtione denuò brevi, aqua iterum à floribus, per expreſſionem ſeparetur, ac alb. ovorum optime clarificetur, cui adde *Sacchari albi Can.* libras quatuor, coquantur ad omnem ferè aquoſitatis exhalationem, & ad tabulati ferè conſiſtentiam, cui tandem jungantur *ſuperioris aqua deſtillatæ, & impregnata* libræ duæ ſem & unica ſaltem ebullitione conficiatur ſyrupus debitæ conſiſtentiæ. Qui inſignes obtinet virtutes refrigerandi & humectandi, Viſcerum æſtus mitigat, ſitim temperat, ac febrium ardores compeſcit, ſomnum conciliat, atque omnes dolores lenit. Doſis eſt ℥ß. ad ℥j. *Vide corp. ph. p. 523. b.*

## Syrupus Ophthalmicus *Timæi.*

℞. *Succ, euphrag. rec.* ℥iv. *roſ. pall.* ℥ij. *chelid. rut. verben.* ana ℥j. *fœn.* ℥ij. depur. & cum *ſacch.* f. ſ. a. Syr.

## Syrupus de Papavere comp. *P. A. V.*

℞. *Capit. pap. alb. & nig. cum ſemin.* ana ℥vj. ʒij. *capill. ven.* ʒxv. *glyc.* ʒv. *jujub.* No. xxx. *ſem. lact.* ʒv. *malv. cydon.* ana ʒvj. coq. in ℔viij. aq. ad med. colat. ℔. iij. adde *Sacch. alb. penid.* ana ℔j. F. Syr. *Vid. corp. ph. p. 514. b.*

## Syrupus de Papavere ſimplex *Zuvelff.*

℞. *Capitum papav. albi & nigri* an. recent. una cum ſeminibus ℥viij. Conſciſſa capita, ſemina autem parum conquaſſata *coquantur in ſ. q. aq. ſimplicis* ad remanentiam trium circiter librarum, decoctum colatum, & debitè alb. ovor. clarificatum, additis *Sacchari*

*albiſſ.* libris duabus. Coquantur ad competentem Syrupi conſiſtentiam; Somnum hic conciliat, præſertim infantibus, caloris febrilis incendium mitigat, humectat, & refrigerat, defluxiones à capite tenues & acres ad pectus & aſperam arteriam ruentes ſiſtit, à drachmis duabus, vel unica ſemis infantibus & pueris, adultioribus verò ad unciam datus. *Vide corp. ph. p. 514. b.*

## Syrupus Pectoralis *Minſichti.*

℞. *Rad. glyc. ras. tuſſil.* ana ℥ij. *enul camp. irid. fl. angel.* ana ℥i. *herb. pulmon. utr. cap. ven. Salv marrub. Scab.* ana ℥ß. *flor. cham. viol. farferæ jaceæ* ana ʒii incid. cont. & inf. in *aq. cardb. fœn.* ana ℔iij. *malv. min. veron. rad. alth.* ana ℔j coq. ad 3. p. conſ. colat. ℔vj. inf. *paſſ. min.* ℥iv. *Sem. card. mariæ myrtillor. anis. urt. rom. cydon* ana ℥ß. *dactyl. jujub: Sebeſten. fic. ping.* ana no. xxi. iterum coq. ad 4. p. conſ. fortit expr. & col. colat ℔iv. adde *Sacch. alb.* ℔ij. denuo coq. & inter coq. aromatiz. cum *croc. or. card. min. macis. cinam.* ana ʒij. ligentur in panno raro & una ebull 5. a. f. Syr cui adde aq. cinam ℥iij. *Vide corp. ph. p. 514. b.*

## Syrupus de Piloſella ſeu Hiſpidula *Renodæi* *P. A. R.*

℞. *Summitatum floridarum* & recentium, *Piloſellæ* libram unam. Infundantur per horas duodecim, in libris quinque aquæ calentis, deinde lento igne bulliant, ac hinc colaturæ libris quatuor, addendo Sacchari libras tres.

Coquantur ex arte in Syrupum. Ad plurimos pulmonis affectus depellendos maxime idoneus, ejus enim vulnera ſanat, & ulcera retardat.

Exhibetur potiſſimum iis, quibus à capite aut aliis partibus in thoracem fit defluxio, & quibus pulmones pituitoſo humore multò infarciuntur. Siquidem hu-

moris

moris irruentis impetum cohibet, influxum coquit, partem affectam roborat, ac expectorationem promovet. *Vide corp. ph. p. 517. b.*

## Syrupus Antiphthiſicus & vulnerarius *Zvvelfferi.*

℞. *Aquæ oculorum populi arboris*, aquæ ſummitat. Abietis ſeu Laricis arboris, (vulgò Fehrerne Gipffel/) ana tempore veris ſine additione ullius rei ex Balneo n. vapor. deſtillat libras duas. In his mixtis aquis macerentur ſequentia ſaltem inciſa; utpotè *Rad. recent. Enulæ camp. Saniculæ* ana ℥iß. *Tormentillæ.* ℥j. *Cichorii ſylv.* ℥ij. *Pimpinellæ* ℥j. *Symphyti maj.* ʒvj. *Herb. recent. veronicæ* ℥iij. *Hederæ terreſt. Millefolii. Conſolidæ Sarac. Flor. recent. Papav. errat. roſarum rub.* ana ℥ j. Maceratione ſufficienti peracta in vaſe bene clauſo & moderato calore, fiat colatura cum forti expreſſione, expreſſum *alb. ovorum* in alembico vitreo, ſuo capitello munito, probè *clarificetur*, interimque aſſervetur. Jam verò;

